22.2127

Catalogi

CATALOGI

BIBLIOTHECARVM ANTIQVI

COLLEGIT

GVSTAVVS BECKER
CVSTOS REGIAE BIBLIOTHECAE VNIVERSITATIS BONNENSIS

I. CATALOGI SAECVLO XIII VETVSTIORES
II. CATALOGVS CATALOGORVM POSTERIORIS AETATIS

BONNAE
APVD MAX. COHEN ET FILIVM (FR. COHEN)
A. MDCCCLXXXV.

CATALOGI

BIBLIOTHECARVM ANTIQVI

COLLEGIT

GVSTAVVS BECKER
CVSTOS REGIAE BIBLIOTHECAE VNIVERSITATIS BONNENSIS

I. CATALOGI SAECVLO XIII VETVSTIORES
II. CATALOGVS CATALOGORVM POSTERIORIS AETATIS

BONNAE
APVD MAX. COHEN ET FILIVM (FR. COHEN)
A. MDCCCLXXXV.

1922. 2127

Pfälzische Landesbibliothek
Speyer

Catalogos bibliothecarum antiquos enumeraverunt I. A. Schmeller in Serapei volumine II. 242 et R. Förster in Musei Rhenani XXXVII. 486; qui tamen diversissimis locis vulgatos in unum corpus cogeret, nemo adhuc fuit. Itaque in colligendis his catalogis non inutilem operam me collocare putabam, quamvis paucis exceptis neque editos cum manuscriptis conferre neque ineditos expromere possem. Nolui librum magni voluminis parare sed qui modico pretio veniret et quam plurimis ad manum esset. Cum igitur certi fines constitui deberent, in exhibendis catalogis saeculum XII non transgressus sum, nam quod Corbeiensis bibliothecae et duos a Luciano Müller editos catalogos addidi, facile me veniam impetraturum esse confido. Subiunxi autem indicem ceterorum catalogorum, in quo contexendo citra annum 1500 me continui. In illa parte notionem catalogi non anxie curavi sed et ex epistulis tabulisque ea excerpsi, quae in rem esse mihi viderentur, in hac parte epistulas neglexi, ut Aurispae illam ab Henrico Keilio Halis 1870 editam et Poggianas ab Adolfo Michaelis in editione dialogi Tacitei propositas.

In describendis catalogis vestigia priorum editorum ita pressi, ut si qui essent vel legentium codices vel typothetarum errores diligenter reciperem, nam aliter si fecissem, verendum erat ne id, quod aliis verum videretur, ipse improbe mutarem. Singula volumina additis numeris discrevi, opus taedii plenum, quod tamen non suscepisse nunc nollem, cum saepius id quod editores in obscuro reliquerunt distinguere coactus essem. Qua in re si interdum erravi, alii me corrigant. Notae, quibus usus sum, vulgares sunt omnibusque usitatae. Puncta

simplici forma (.....) posita significant ea, quae ab editoribus legi non potuerunt, puncta vero hac forma (* * * * *), quae ipse vel editores consulto omisimus. Praeterea monendum est catalogum 33, quem Hermannus Hagen edidit, fortasse eundem esse atque catalogum 6 monasterii Augiensis. In catalogo 73 quod numeri a 24 usque ad 33 bis positi sunt, aegerrime tuli. Addidi indicem locupletem, qui commentarii loco et falso scripta corrigeret et parum notos scriptores, quantum indagare potui, designaret.

Restat, ut omnibus viris, qui me in hoc opere conficiendo adiuverunt, imprimis eis, qui bibliothecis Berolinensi et Gottingensi et Argentoratensi praesunt, gratias quam maximas agam, Bonnensi bibliothecae quid debeam, paene unaquaeque pagina loquitur.

1. Coenobium Fontanellense = S. Vandrille. 742—47.

Gesta Wandonis abbatis coenobii Fontanellensis.

*** Codicum etiam copiam non minimam, quod dinumerari oneri esse videtur. Sed aliquos ob memoriam illius inserere placuit, id est 1. codicem unum Romana litera scriptum, in quo continetur expositio brevis trium evangelistarum, id est Ioannis, Mathaei et Lucae. — 2. Arnobii episcopi et rhetoris sermo de Adam qui perierat. — 3. Ruffini ex historia ecclesiastica de Spiridione episcopo; eiusdem de muliere captiva ex eadem chronica ab eodem translatum, quae Hiberorum gentem ad Christi fidem convertit. — 4. fides Nicaeni concilii. — 5. exhortatio sancti Macharii ad monachos. — 6. item Rufini sermo de ieiunio et oratione. — 7. vita et passio sancti Felicis, Nolanae urbis episcopi. — 8. epistola sancti Leonis episcopi Nolensis ad Marcellum presbyterum eiusdem ecclesiae. — 9. regula sanctorum patrum Serapionis et Macharii et alterius Macharii et Pafnutii. — 10. regula sancti Augustini episcopi. — 11. epistola beati Augustini ad Felicem et Hilarium. — 12. epistola sancti Hieronymi ad Nepotianum. — 14. item epistola eiusdem ad Evangelium presbyterum de Melchisedech. — 15. item eiusdem ad Rusticum presbyterum. — 16. epistola sancti Clementis papae ad beatum Iacobum apostolum fratrem Domini. — 17. item codicem beati Augustini in quo continetur de poenitentia. item historiam Apollonii regis Tyri in codice uno. — 18. historiam Iordani episcopi Ravennatis ecclesiae de origine Getarum. — 19. item codicem, in quo continetur regula sancti Benedicti et sancti Columbani et martyrologium. — 20. item codicem, in quo continentur capitula nonaginta novem de evangeliis Mathaei et Lucae exposita ab Aurelio Augustino. — 22. item sermo eiusdem de incarnatione Domini. item in eodem libro differentiarum spiritualium et carnalium Isidori iunioris, Hispalensis episcopi, in quo sunt capitula qua-

draginta duo. item in eodem definitio dogmatum ecclesiasticorum Gennadii presbyteris Massiliensis. item in eodem expositio fidei catholicae sancti Hieronymi presbyteri. — 33. item sancti Athanasii Alexandrinae urbis episcopi de eadem re. item in eodem libri quattuor evangeliorum expositionem continentes editam a Sedulio viro scholasticissimo ad Macedonium presbyterum. item in eodem capitula tredecim ex libro sententiarum Isidori episcopi. item in ipso homiliae tres beati papae Gregorii super Ezechielem prophetam. item in eodem epistola sancti Leonis papae ad Flavianum Constantinopolitanae urbis episcopum adversus haeresim Eutychetis presbyteri.

Gesta abbatum Fontanellensium in Monum. hist. German. script. tom. II p. 287, 15-41.

2. Epistola Pauli V papae ad Pippinum regem. 752—68.

* * * Direximus etiam excellentissimae Praecellentiae vestrae et libros, quantos reperire potuimus, id est antiphonale et responsale, insimul artem grammaticam Aristotelis, Dionysii Ariopagitae libros, geometriam, orthographiam, grammaticam, omnes Graeco eloquio scriptores, nec non et horologium nocturnum.

Recueil des historiens des Gaules tom. V p. 513.

3. Alcuini versus de sanctis Euboricensis ecclesiae. v. 1535—1561.

Illic invenies veterum vestigia patrum,
Quidquid habet pro se Latio Romanus in orbe,
Graecia vel quidquid transmisit clara Latinis,
Hebraicus vel quod populus bibit imbre superno,
Africa lucifluo vel quidquid lumine sparsit.
Quod pater Hieronymus, quod sensit Hilarius atque
Ambrosius praesul, simul Augustinus et ipse
Sanctus Athanasius, quod Orosius edit avitus:
Quidquid Gregorius summus docet et Leo papa,
Basilius quidquid, Fulgentius atque coruscant.
Cassiodorus item, Chrysostomus atque Iohannes.
Quidquid et Althelmus docuit, quid Beda magister,

Quae Victorinus scripsere Boetius atque,
Historici veteres, Pompeius, Plinius, ipse
Acer Aristoteles, rhetor quoque Tullius ingens.
Quid quoque Sedulius vel quid canit ipse Iuvencus,
Alcimus et Clemens, Prosper, Paulinus, Arator,
Quid Fortunatus vel quid Lactantius edunt.
Quae Maro Virgilius, Statius, Lucanus et auctor
Artis grammaticae vel quid scripsere magistri;
Quid Probus atque Focas, Donatus Priscianusve,
Servius, Euticius, Pompeius, Comminianus,
Invenies alios perplures, lector, ibidem
Egregios studiis, arte et sermone magistros,
Plurima qui claro scripsere volumina sensu,
Nomina sed quorum praesenti in carmine scribi
Longius est visum, quam plectri postulet usus.

4. Coenobium Fontanellense = S. Vandrille. 787—806.

Gesta Gervoldi abbatis coenobii Fontanellensis.

*** Hic dedit in ecclesia beati Petri ***** De libris vero 1. pentatheucum Moysi codicem unum — 2. minorum prophetarum codicem unum — 3. 4. expositio beati Augustini in evangelium Ioannis codices duos — 5. librum enchiridion sancti Augustini codicem unum — 6. homiliare diversorum auctorum volumen unum. **** Sub huius tempore bonae recordationis presbyter egregius nomine Harduinus florebat, qui *** plurimos arithmeticae artis disciplina alumnos imbuit ac arte scriptoria erudivit, erat enim in hac arte non mediocriter doctus. Unde plurima ecclesiae nostrae proprio sudore conscripta reliquit volumina, id est 7. volumen quatuor evangeliorum Romana litera scriptum, — 8. epistolarum beati Pauli apostoli volumen unum — 9-11. sacramentaria volumina tria — 12. lectionarium volumen unum — 13. item lectionum evangelii volumen unum — 14. homiliarum quadraginta Gregorii papae volumen unum — 15. librum de arithmetica cum epistolis de ratione paschali volumen unum — 16. librum beati Augustini de civitate Dei ab undecimo usque ad decimum octavum volumen unum — 17. librum venerabilis Bedae de naturis rerum ac temporibus volumen unum — 18. psalterium cum canticis ac hymnis Ambrosianis et ter-

minis paschalibus volumen unum — 19. librum vitarum sanctorum Wandregisili, Ansberti et Wulfranni confessorum Christi volumen unum — 20. quaestionum sancti Ansberti ad Siwinum reclausum volumen unum — 21. antiphonarium Romanae ecclesiae volumen unum.

Gesta abbatum Fontanell. in Monum. hist. Germ. script. tom. II p. 292. 11-14. 27-39.

5. Monasterium Staphense = Staffelsee. 812.

Invenimus in insula quae Staphinseie nuncupatur, ecclesiam in honore sancti Michaelis constructam, in qua repperimus ****** De libris: 1. liber eptaticum Moysi et liber Iosuae et libri iudicum et Ruth et libri regum 4 et libri paralippomenon 2 in uno volumine. — 2. liber psalmorum Davit et liber parabule Salomonis et liber ecclesiastes et liber canticum canticorum et liber sapientiae et liber Iesu filii Sirach et liber Iob et liber Tobi et liber Iudith et liber Hester et libri duo Macchabaeorum in uno volumine. — 3. libri 12 prophetarum et libri Hesdrae duo in uno volumine. — 4. liber actuum apostolorum et liber epistolarum Pauli et libri 7 epistolarum canonicarum et liber apocalipsin in uno volumine. — 5. liber lectionarius, tabulas lamminis cuprinis deauratis habens paratas I. — 6. liber omeliarum diversorum auctorum I. — 7. liber beati Gregorii quadraginta omeliarum I. — 8. 9. 10. libri sacramentorum 3. — 11. 12. libri lectionarii 2. — 13. liber canonum excerptus I. — 14. 15. libri antefonarii 2. — 16. liber commentarii Hieronimi in Matheum I. — 17. liber regule sancti Benedicti I.

Monument. Germ. hist. III. Legum I. p. 176.

6. Monasterium Augiense = Reichenau. 822.

Brevis librorum, qui sunt in Coenobio Sindleozes-Auua, facta anno VIII. Hludovici Imperatoris.

De libris Veteris ac N. Testamenti.

1. Bibliotheca I — et 2. alia Erichi. — 4-5. eptatici volumina III. — 6-8. regum et paralipomenon volumina III. — 9-11. prophetarum volumina III. — 12. Iob et Tobiae in codice I. — 13. item Iob in codice I. — 14. item

Iob et Iudith in codice I. — 15-17. Salomon volumina III et in uno sanctorum passiones quatuor coronatorum. — 18. Iudith Hesther et Esdrae in codice I. — 19. item Esther et Edrae in codice I — 20. 21. Machabaeorum volumina II. — 22-29. quatuor evangeliorum volumina VIII. — 30-33. epistolarum Pauli apostoli volumina IV. — 34. 35. actus apostolorum et epistolae canonicae et apocalypsis volumina II. — 36. item actus apostolorum volumen I.

De opusculis S. AUGUSTINI.

37. in Ioannem evangelistam sermones XXI in codice I. — 38. item in alio codice sermones XXXIV. — 39. item in tertio codice usque ad finem evangelii. — 40. de sermone Dni in monte libri II et quaestionum in evangelium Mathaei et Lucae libri II in codice I. — 41. de concordia evangelistarum lib. IV in codice I. — 42. in epistolam ad Romanos quarundam propositionum liber I et in epistolam ad Galatas liber I in codice I. — 43. in apocalypsin sermones XVIII in codice I. — 44. in psalmos a tricesimo usque ad XL. item a centesimo primo usque in finem. — 45. in genesin ad literam lib. XII in codice I. — 46. de trinitate libri XV in codice I. — 47. de civitate Dei libri X in codice I. — 48. de doctrina christiana libri IV et epistolae B. Hieronimi duæ ad Paulinum in codice I. — 49. de nuptiis liber I et de adulterinis coniugiis lib. II in cod. I. — 50. retractationum lib. II in cod. I. — 51. de musica lib. VI in cod. I. — 52. quaestionum LXXXIII et contra adversarium legis etc. lib. II in codice I. — 53. contra Maximianum Arrianorum episcopum lib. II et responsionum contra Arrianos lib. I in codice I. — 54. enchiridion volumen I. — 55. de disciplina Christianorum sermo I et de bono patientiæ sermo I et epitaphia pontificum Romanorum in codice I. — 55. de libris confessionum excerptus liber I. — 56. in epistolas Ioannis eva. homeliæ X in codice I. — 57. quæstionum diversarum et de lib. arbit. liber unus et altercatio cum Felice Arrio mant. et de magistro lib. I in codice I. — 58. de hæresibus diversis ad Quodvultdeum lib. I. et Vigilii episcopi contra Eutyhen lib. V in codice I. — 59. de bono virginitatis lib. I et de decem chordis sermo, et alii sermones eius pauci in codice I. — 60. item quæstiones S. Augustini et fides Nicæni concilii nec non et fides Hieronimi, Gregorii, Athanasii, Ambrosii.

Augustini, et decretalia Gelasii in cod. I. — 61. item eiusdem de genesi adversus Manichæos lib. I in codice I.

De opusculis B. Hieronymi.

62. in Esaiam explanationes a capite libri V in codice I. — 63. item in Esaiam lib. VIII in codice I. — 64. in Ieremiam lib. VI in codice I. — 65. in Ezechiel lib. VI in codice I. — 66. in Daniel explanationis volumen I. — 67. in Osee lib. I in codice I. — 68. in Ionam, Nahum, Aggeum et Sophoniam lib. IV in cod. I. — 69. in Ioel, Micheam et Malachiam lib. IV in codice I. — 70. in Abdiam, Zachariam, Malachiam et Habacuc lib. VII in codice I. — 71. in Amos prophetam lib. III in cod. I. — 72. in ecclesiasten commentar. lib. I. — 73. 74. in psalmos quosdam explanat. volum II. — 75. 76. in Mathæi evangelium explan. volum. II. — 77. in epistolam ad Galatas lib. III in cod. I. — 78. in epistolam ad Ephesios, ad Titum et ad Philemonem explanat. lib. V in cod. I. — 79. contra Iovinianum lib. II et apologeticus ad Pamachium in codice I. — 80. epistolæ diversæ et contra Helvidium in codice I. — 81-83. item epistolæ ad diversos in codicibus III. — 84. virorum illustrium Hieronymi presbyteri et Gennadii episcopi Massiliensis in codice I. — 85. de nominibus Hebraicis volumen I. — 86. epistola de his quæ in psalmis corrupta sunt volumen I. — 87. quæstionum Hebraicarum et instructionum Iunilii lib. II et Albini de trinitate lib. III in codice I. — 88. dialogus cum Cretobulo, Pelagio et cosmographia Ethici philosophi in codice I. — 89. chronica Eusebii et Hieronymi in codice I.

De opusculis S. Gregorii papæ.

90-93. in lectiones evangeliorum homeliæ XL. vol. III. — 94. item homeliæ in evang. priores XVII in cod. I. — 95. item homeliæ XX posteriores in cod. I. — 96. in Ezechiel homeliae XXII in codice I. — 97-102. moralia in Iob lib. XXXV in codicibus VI. — 103. item moralia in Iob lib. II in codice I. — 104-6. dialogorum volumina III. — 107. epistolæ ad diversos numero LIII in cod. I. — 108. 109. pastoral. volumina II.

De opusculis S. Leonis papæ.

110. sermones ad populum de diversis festivitatibus seu caeteris rebus numero LV in cod. I.

De opusculis S. Cypriani episcopi.

111. ad Donatum et ad Demetrianum de habitu virginum, de patientia, dominica oratione, de zelo et livore, de lapsis, de mortalitate, de opere et eleemosyna ad Fortunatum, de ecclesiæ unitate, de sacramento calicis ad Anbaritanos, de idolis, ad Rogatianum, ad presbyteros et diac. epistolæ III. omnia in codice I. — 112. item eiusdem de bello Iudaico lib. V excerpti de historia Iosephi.

De opusculis Eusebii episcopi.

113. historiæ ecclesiasticæ lib. IX et Ruffini interpretis eiusdem historiæ lib. I in codice I.

De opusculis S. Hilarii episcopi.

114. contra Arrianos de fide lib. XII in cod. I.

De opusculis S. Basilii Episcopi.

115. homelia de primo psalmo. De invidia, de ieiunio quadragesimæ et de cæteris rebus homeliæ in codice I. — 116. 17. regula ad monachos in codicibus II. — 118. libri necessariæ admonitionis S. Basilii episcopi et soliloquia Isidori episcopi et regula S. Macharii in codice I.

De opusculis S. Athanasii.

119. Athanasii episcopi altercatio cum Arrio, Sabellio et Photino. et altercatio Hieronymi cum Luciferiano in cod I.

De vita patrum.

120. vita S. Antonii monachi in cod. I. — 121. vita Pauli eremitæ, vita Hilarionis monachi et vita Malchi captivi monachi a B. Hieronymo presbytero editæ. vitæ quoque multorum venerabilium patrum in cod. I. — 122-25. item de vita SS. patrum volumina IV. — 126. item vita S. Augustini episcopi. vita S. Arnulphi episcopi et passio S. Pancratii in cod. I. — 127. item vita S. Hilarii episcopi et vita S. Martini in cod. I. — 128. item vita S. Genofevæ in cod. I. — 129. vita S. Hemerammi et passio eius, vita S. Lantberti et passio eius, vita S. Columbani, vita S. Gregorii papae, vita S. Antonii et aliorum sanctorum vitæ et passiones, quorum haec sunt nomina, S. Affræ, S. Magræ, S. Georgii, S. Malchi, S. Eusebii, S. Fileberti abbatis, S. Hilarii, S. Potiti, S. Galli, S. Germani, S. Servatii, S. Donati, S. Fidelis, S. Clementis, S. Laurentii, S. Sylvestri et virorum illustrium liber in co-

dice I. — 130. item vita S. Hilarii episcopi et sermo S. Augustini de bonó patientiæ in cod. I. — 131. scintillarum vol. I. — 132. brevis expositio in epistolam ad Galatas, de civitate Dei lib. II et Hieronymi de mansionibus filiorum Israel lib. I in codice I. — 133. de trinitate sententiæ patrum in cod. I. — 134. gesta pontificum Romanorum in cod. I. — 135. ordo Romanus de divinis officiis in cod. I. — 136. Daretis Phrygii de origine Troianorum et de excidio Troiæ volumen I. — 137. Apollonii volumen I. — 138. de architectura volumen I. — 139. Mappæ clavicula de efficiendo auro vol. I.

De libris Iosephi.

140. historiæ antiquitatum Iosephi lib. XI in codice I. — 141. item eiusdem Iudaicæ captivitatis lib. VIII in codice I.

* * *

142. lex Theodosiana, de diversis Romanorum legibus, lex Ribuaria, lex Salica et lex Alamannica et capitula domni Karoli et domni Hludovici Imp. addenda legibus, nec non et alia capitula eius de nutriendis animalibus et laborandi cura in domestica agricultura in cod. I. — 143. item lex Ribuaria et lex Alamannica et capitula domni Karoli Imper. addenda legibus, et inventio S. crucis in cod. I. — 144. item lex Salica et Alamannica et computatio annorum per sex mundi ætates in codice I. — 145. item lex Salica in cod. I. — 146. item lex Alamannica et capitula domni Karoli in cod. I. — 147. item lex Alamannica in cod. I. — 148. item lex Longobardorum in cod. I.

* * *

149. 50. chronica Gregorii Turonensis vol. II. — 151. De carminibus Theodiscæ vol. I. — 152. vita canonicorum vol. I. — 153. 54. mappa mundi in rotul. II. — 155. vita et gesta Karoli Imp. Augusti volum.

* * *

156. de positione et situ membrorum lib. I. Gallieni [*sic*] lib. II Alexandri lib. III. — 157. Vindiciani lib. IV de olei confectionibus in codice I. — 158. Eupate dogmatici lib. in cod. I. — 159. confectionum malagmatum antidotum et emplastrorum et dicta medicinæ in cod. I. — 160. epistolæ Vindiciani et prognostica Democriti et excerptiones de libris medicinalibus in cod. I. — 161. 62. item excerptorum de

lib. medicinalibus lib. volum. II. — 163. Publii Vegetii Renati mulomedicinæ lib. IV in cod. I. — 164. 65. chartarum et indiculorum volum. II.

* * *

166-223. libri sacramentorum LVIII. — 224-35. lectionarii XII. — 236-45. antiphonarii X. — 246-53. officia VIII. — 254-303. psalteria L.

De opusculis S. Ambrosii.

304. de fide lib. IV in cod. I. — 305. de officiis ministrorum lib. III in cod. I. — 306. contra hæreticos lib. I et epistolæ eius duæ ad Valentinianum Impera. in cod. I. — 307. in epistolam ad Romanos vol. I. — 308. exameron vol. I.

De libris S. Ioannis Constantinop.

309. homeliæ sive sermones numero XXIII in codice I. — 310. item eiusdem homeliæ.

De opusculis Orosii presbyteri.

311. historiæ totius mundi calamitatum et miseriarum in cod. I. — 312. item eiusdem lib. V in cod. I.

De libris Cassiani presbyteri.

313. de canonico orationum et psalmorum modulo lib. III. institutionum lib. I et de octo vitiis principalibus et eorum remediis lib. VIII in cod. I. — 314. item de iisdem rebus iidem ac totidem libri in codice I. — 315. collationum lib. VII in cod. I. — 316. item collationum lib. VII in cod. I altero. — 317. item collationum lib. VII in cod. III. — 318. item collationum lib. X in codice IV.

De opusculis Eucherii episcopi.

319. obscurorum capitulorum in S. scriptura exposit. lib. III in cod. I. — 320. item de eadem re, in cod. altero. (332) — 321. glossarum spiritualis intelligentiæ libellus I.

De libris Prosperi.

322. de vita activa et contemplativa lib. I in codice I. — 323. et epigrammatum eius lib. I. de promissionibus Dei lib. III in cod. I. — 324. item epistola I de gratia et lib. arbitrio, et responsionum contra Manichæos et Coelestianos lib. III et August. ad Dulcitium de octo quæstionibus et Bedæ epistolæ II et Cypriani ad Quirinum lib. II in cod. I.

De opusculis ISIDORI.

325. etymologiarum libri II in cod. I. — 326. explanat. in genesin et regum vol. I. — 327. sententiarum lib. III et notarum [rotarum? *G.B.*] lib. I. et de civitate Dei lib. III Augustini episcopi in cod. I. — 328. item sententiarum lib. III in cod. altero. — 329. item sententiarum vol. I parvum. — 330. liber proëmiorum et de ortu et obitu patrum veteris ac novi testamenti vol. I. — 331. de naturis rerum lib. I et differentiarum lib. I in cod. I. — 332. item notarum [rotarum?] liber et Bedæ de computo lib. et Eucherii lib. III quos supra (320) descripsimus, et metrum Marci Porci Catonis et ænigmata Tullii in codice I.

De libris BEDÆ presbyteri.

333. in lectiones evangel. homeliæ L. in codice I. — 334. in Lucam evang. explanat. lib. VI in codice I. — 335. in Marcum evang. explanat. lib. IV in codice I. — 336. in actus apostolorum lib. I et in apocal. lib. III in codice I. — 337. in proverbia Salomonis lib. III in cod. I. — 338. de temporibus et chronica et dialectica Aristotelis lib. I et dicta Sibyllæ in cod. I. — 339. de ortographia lib. I in cod. I. — 340. de historia ecclesiastica gentis Anglorum lib. III in cod. I. — 341. de metrica ratione lib. I et Alcuini de grammatica lib. in codice I. — 342. de naturis rerum et S. Gregorii de concordia evangel. et epistol. Pauli et synonima in cod. I. — 343. cyclus magnus paschæ et reliqua argumenta de computo in cod. I. — 344. super Tobiæ et Esdræ lib. I. de tabernaculo.

De opusculis CASSIODORI.

345-47. psalmorum omnium explanatio in volum. III.

De opusculis PRIMASII episcopi.

348. in apocalypsin explanat. lib. V et VII epistolas canonicas et apocalypsin in cod. I. — 349. item in apocaly. explanat. lib. V qui supra in codice I.

De opusculis EUGYPII.

350. librorum excerptorum de opusculis S. Augustini in cod. I.

De opusculis PATERII.

351. liber excerptorum de opusculis Gregorii papæ in cod. I.

De opusculis ALDHELMI.

352. metrum de laude virginum in cod. I. — 353. de pedum regulis vol. I. — 354. item de pedum regulis et metrum de ænigmatibus in cod. I.

De opusculis IUSTI episcopi.

355. in cantica canticorum explanat. vol.

De opusculis BOETII.

356. de arithmetica lib. II. de geometria lib. III et de dialectica, et rhetorica Alcuini, Arati de astrologia lib. I. artis medicinæ lib. I nec non et de diversis rebus libri in codice I. — 357. item de arithmetica lib. II et Bedæ de temporibus maior liber in cod. I. — 358. de consolatione philosophiæ lib. V in cod. I.

De opusculis ALCUINI diaconi.

359. in Ioannem evangel. explanat. lib. VIII in vol. I. — 360. in cantica canticorum brevis expositio vol. I. — 361. de arte grammatica lib. I. metrum Iuvenci et Sedulii et Bedæ de metrica ratione lib. I. et Donati de arte grammatica in codice I. — 362. de dialectica et rhetorica in codice I. — 363. epistolæ eius ad diversos numero VI in codice I.

De libris canonum.

364. canon et dogmata ecclesiastica Gennadii episcopi et ænigmata Symphorosi in codice I. — 365-71. item canonum volumina VII.

De libris homeliarum.

372-74. homeliarum vel sermonum sanctorum collectarum ad legendum per singulas festivitates in anno volum. III. — 375-77. item collectarum homeliarum part . . . codices III. — 378. brevis explanatio in omnes epistolas Pauli in codice I. — 379. item de eadem re volum. — 380. quæstionum in evangelia excerptus liber de opusculis S. Augustini, Hieron. Grægori. Ambros. Eucherii vol. I.

De regulis.

381. regula S. Benedicti, hymni Ambrosiani in cod. I. — 382. item regula S. Benedicti, regula monachorum Hybernensium, regula S. Augustini, regula Pauli et Stephani, regula S. Columbani et homeliæ S. Cæsarii numero XII et martyrologium in cod. I. — 383. item regula S. Benedicti, regula Hybernensium fratrum et cæterorum sicut supra cum mar-

tyrologio in cod. altero. — 384. item regula S. Benedicti, regula Hybernensium fratrum, regula S. Columbani, S. Augustini ep. SS. Pauli et Stephani, regula Serapionis, Macharii et alterius Macharii in cod. I. — 385. item regula S. Benedicti, regula S. Macharii et S. Cæsarii ep. homeliæ XII in cod. I. — 386. regula S. Pachomii, quam angelo dictante conscripsit. vol. I.

De passionibus sanctorum.

387. passiones apostolorum et passiones et vitæ aliorum sanctorum: Laurentii, Hyppoliti, Nazarii et Celsi, Victoris, Vincentii, Fidelis, Eupte, Reparatæ, Dyonisii, Iusti, Crispini et Crispiniani, Quintini, Eufemiæ, Dorotheæ, Eulaliæ, Agathæ, quatuor coronatorum, Symphoriani, Abraham, Genovefæ, Amandi, Apri, Eugeniæ, Marini, Columbæ, Felicis, Proculi, Cyrilli in cod. I. — 388. item passiones Sebastiani, Cosmæ et Damiani, Chrysogoni et Anastasiæ, in cod. I. — 389. item passiones Longini militis, Luciæ et alterius Luciæ in cod. I. — 390. item passiones Dyonisii, Rustici et Eleutherii et brevis expositio in epistolas VII canonicas in cod. I. — 391. item passio S. Eugeniæ.

De libris glossarum.

392. glossarum ex diversis doctoribus excerptarum codex grandis I. — 393. item glossarum vol. I. — 394. item glossæ in libros divinæ historiæ, et de canone et regula glossæ et versus diversi et notæ Iulii in cod. I. — 395. item glossæ de diversis rebus in cod. I.

De libris Prisciani.

396. De litera, de syllaba, et de octo partibus lib. XVI et de constructione lib. V in cod. I. — 397. item Prisciani de litera, de syllaba et de octo partibus lib. XVI et de constructione lib. V et Pompei tractatus in Donatum in cod. I. — 398. 99. item Prisciani de litera, de syllaba, de nomine et verbo lib. X in codic. II. — 400. Donati et Sergii et Isidori de octo partibus in cod. I. — 401. item Donati, Isidori de octo partibus et Sergii de differentiarum . . . . Isidori, et glossæ spirituales Eucherii in cod. I. — 402. item Donati, Isidori de octo partibus, Prisciani de partibus declinabilibus, ars minor, Bedæ de metrica ratione, item eiusdem de schematibus lib. I. orthographia Capri et Agroecii et metrum Muaduuini Itasonis in cod. I. — 403. item Donati et Pompei et

Petri in vol. I. — 404. Excerptio de lib. grammaticæ artis, de litera et de octo partibus. item in eodem codice præfationes Hieronymi in psalterium et quædam pars versuum Iuvenci, et liber Isidori ad Florentiam. — 405. Audacis, Honorati, Asperi, ... F . . . . Pompei, Probi . . . . ni in vol. I. — 406. metrum Iuvenci presb. IV. evangeliorum lib. IV. metrum Sedulii paschalis carminis lib. IV. metrum cento Probæ lib. I. Virgiliaca manuscripta in cod. I. — 407. item metrum Iuvenci presb. IV. evangeliorum lib. IV. metrum Sedulii paschalis carminis lib. III. metrum cento Probæ lib. I. metrum Bedæ presb. de vita S. Gudberti episcopi lib. I. metrum Aldhelmi de laude virginum lib. I in cod. I. — 408. metrum Iuvenci presb. IV. evangeliorum IV. Sedulii operis paschalis lib. III et metrum Prosperi, quod fuit epigramma in cod. I. — 409. item metrum Sedulii et epigrammata Prosperi ac Bedæ de metrica ratione ac schematibus, liber I notarum Isidori in codice I. — 410. metrum Paulini de vita S. Felicis lib. XII. in cod. I. — 411. metrum Aratoris de actibus apostolocis lib. II et metrum Prudentii de diversis rebus in volum. I. — 412. metrum Fortunati lib. VI. item eiusdem de laude lib. I in cod I. — 413. metrum Dracontii de exameron lib. II in volum. I. — 414. metra Virgilii Maronis in vol. I. — 415. item Virgilii georgicorum lib. III et Æneidos lib. VI in cod. I.

Neugart. Episcopatus Constantiensis Alemannicus sub metropoli Moguntina partis I tom. I (1803) p. 536-544. conf. E. G. Vogel in Serapei III, 6.

7. Fontanellense coenobium. 823—33.

Gesta Ansgisi abbatis Fontanellensis coenobii.

** De libris autem hanc dedit copiam: 1. bibliothecam optimam continentem vetus et novum testamentum cum praefationibus ac initiis librorum aureis literis decoratis — 2. libros expositionum divi Augustini in genesim ad literam volumen unum — 3. item enchiridion eiusdem volumen unum — 4-6. eiusdem explanationum in omnes psalmos volumina tria — 7. eiusdem contra Iulianum haereticum volumen unum — 8. item librum epistolarum eiusdem ad diversos volumen unum — 9. item eiusdem librum qui dicitur unde malum volumen unum. — 10. item librum eiusdem qui praetitulatur de doc-

trina christiania volumen unum — 11. librum decem chordarum eiusdem; eiusdem super epistolam Ioannis volumen I. — 12. item adversus epistolam fundamenti volumen unum. — 13. homiliare eiusdem volumen unum — 14. expositionem beati Ambrosii in Lucae evangelium volumen unum — 15. epistolarum eiusdem ad diversos volumen unum — 16. item eiusdem librum qui dicitur de bono mortis volumen unum — 17. item eiusdem de Ioseph ac duodecim patriarchis volumen unum — 18. epistolarum beati Hieronymi volumen unum — 19. epistolarum sancti Sixti episcopi volumen unum — 20. historiarum Iosephi volumen unum — 21. Tagii sententiarum volumen unum — 22. excerptionum Paterii de veteri ac novo testamento ex opusculis beati Gregorii papae volumen unum — 23. Evipi ex opusculis beati Augustini similiter volumen unum — 24. Gregorii in parte media Iob volumen unum — 25. librum Fulgentii episcopi Carthaginensis volumen unum — 26. Bedae in genesim expositio volumen unum — 27. eiusdem de computo ac ratione temporum volumen unum — 28. 29. collectaneos duos super anni circulo Pauli diaconi volumina duo — 30. 31. libros glossarum duos volumina duo — 32. librum canonum diversorum conciliorum volumen unum.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

In Flaviacensi quoque coenobio quae obtulerit dona, hoc in loco declarandum censuimus ****** Nomina autem librorum, quos ipsi contulit loco, haec sunt: 33. pandectem a beato Hieronymo ex Hebraeo vel Graeco eloquio translatum; eiusdem expositionem in duodecim prophetas et sunt tomi viginti in volumine uno — 34. 35. eiusdem librum epistolarum volumina duo — 36. in proverbiis Salomonis eiusdem volumen unum — 37. in Danielem prophetam eiusdem; in evangelio Mathaei eiusdem, continens in eodem decreta Gelasii papae de libris recipiendis et non recipiendis et excerptio aliqua de libris exameron sancti Ambrosii episcopi codex unus — 38. libros sancti Augustini qui praetitulantur de civitate Dei numero viginti duo in codice uno — 39. eiusdem expositionem in evangelio sancti Ioannis volumen unum — 40. homiliare eiusdem continens sermones 147 volumen unum — 41. libros eiusdem 15 de sancta trinitate volumen unum — 42. concordiam evangeliorum eiusdem codicem unum — 43. eiusdem de doctrina christiana codicem unum — 44. expositionem

symboli eiusdem codicem unum — 45. quaestiones eiusdem octoginta codicem unum — 46. de baptisma parvolorum eiusdem ad Marcellum libros tres, de sermone Domini in monte libros duos, de providentia Dei sermonem unum, de natali proprio sermonem unum, de cruce sermonem unum, ad Flactianum epistolam unam volumen unum — 47. eiusdem academicorum libros tres, soliloquiorum libros duos, de immortalitate librum unum, de quantitate animae librum unum, de magistro librum unum, de ordine libros duos, de videndo Deo librum unum volumen unum — 48. libros confessionis eiusdem codicem unum — 49. librum qui dicitur enchiridion codicem unum — 50. in psalmis expositionem eiusdem codicem unum — 51. expositionem sancti Ambrosii in epistolas Pauli volumen unum — 52. Hisychi presbyteris in leviticum libros septem codicem unum — 53. expositionem sancti Ioannis Constantinopolitani episcopi in Matheum, apocalypsim sancti Ioannis continentem etiam librum sancti Isidori differentiarum codicem unum — 54. sancti Hilarii episcopi contra haereticos codicem unum — 55. homiliarum beati Gregorii papae in novissima parte Ezechielis prophetae in codice uno — 56. epistolarum eiusdem codicem unum — 57. expositionem Bedae presbyteri in actibus apostolorum codicem unum — 58. in septem epistolas canonicas et apocalypsim Ioannis codicem unum — 59. eiusdem in Marci evangelium codicem unum — 60. eiusdem in Lucam evangelistam codicem unum — 61. librum testimoniorum Isidori de Christo et ecclesia codicem unum — 62. eiusdem etymologiarum codicem unum — 63. eiusdem rotarum ad Sisebutum regem codicem unum — 64. Prosperi de vita activa et contemplativa in codice uno — 65. prognosticon futuri saeculi codicem unum —66. disputationem fidei inter Arium haereticum ac Athanasium catholicum in codice uno — 67. epistolarum sancti Cypriani martyris codicem unum — 68. Alcuini de trinitate librum in codice uno — 69. regulam beati Basilii episcopi, regulam beati Benedicti in codice uno — 70. historiam ecclesiasticam Eusebii Caesariensis episcopi in codice uno — 71. chronicam eiusdem in codice uno — 72. historiam item ecclesiasticam trium virorum, id est Zozomeni, Theodoriti et Socratis in codice uno — 73. canones diversorum patrum in codice uno — 74. 75. sacramentoria volumina duo — 76. Cassiodori de arithme-

tica volumen unum — 77. eiusdem in psalmos expositionem volumen unum — 78. 79. homiliarum Origenis in veteri testamento volumina duo — 80. 81. eiusdem in psalmos expositionem volumina duo — 82. vitas beatorum confessorum Hieronymi, Augustini, Gregorii, item passionem beatae Columbae virginis in codice uno — 83. institutio ac collectio cuiusdam de vita canonica volumen unum. — 84. gesta Francorum in codice uno et alios plurimos, quorum nunc nomina non occurrunt memoriae.

Gesta abbatum Fontanellensium in Monument. hist Germaniae script. tom. II 295,47-297,53.

8. **Monasterium Augiense = Reichenau.** 823—838.

Isti libri qui subsequuntur scripti sunt in coenobio Sindleotes-Awa postquam ERLEBALDO abbati fuit hoc monasterium commendatum.

1. bibliotheca dimidia sub tali scriptura . . . . . 2. passionalis incipiens a nativitate Dni usque ad missam S. Petri lib. I. — 3. passionalis incipiens de mense Aprili usque ad adventum Dni. — 4. S. Augustini liber unus, in quo continentur de natura boni et unde malum et de lib. arbitrio et caetera quae sequuntur — 5. S. Augustini locutionum lib. VI in genesin et eiusdem quaestionum lib. — 6. S. Augustini liber unus qui appellatur de gratia et lib. arbitrio et cætera lib. I. — 7. S. Augustini contra Faustum Manichæum lib. in vol. uno. — 8. S. Augustini in epistolas Pauli ad Romanos in vol. uno. — 9. sermo S. Augustini de decem chordis liber unus. — 10. S. Augustini de immortalitate animæ. — 11. S. Augustini a primo psalmo usque ad quinquagesimum lib. I. — 12. S. Augustini de quinquagesimo usque ad centesimum lib. unus, — 13. S. Augustini de centesimo usque in finem lib. I. — 14. S. Augustini de quæstionibus difficilioribus in evang. et epl. apostoli lib. I. Athanasii altercatio cum hæreticis et vita S. Martini in libro uno. — 15. super eptaticum de Hieronymi, Ambrosii, Augustini, Isidori dictis Bedæ conficiente composuit [*sic*] vol. I. — 16. expositio Zmaragdi super lection. vol. I. — 17. homel. S. Ioa. Chrysostomi super Math. evangel. vol. I. — 18. Origenis et Hieronymi super genesin sermones vol. I. — 19. Origenis et Rufini super epis-

tolas Pauli ad Romanos in vol. I. — 20. S. Clementis libri qui appellantur itinerarium S. Petri vol. I. — 21. S. Hieronymi in Esaiam novissima pars vol. I. — 22. S. Hieronymi epistolæ diversæ in vol. uno. In quo imprimis de Seraphin incipit. — 23. S. Hieronymi epl. qui fuit Theotpaldi lib. I. — 24. S. Hieronymi in Ezechielem posterior pars vol. I. — 25. S. Isidori libri XX etymologiarum in vol. I. — 26. item S. Isidori super eptaticum explanatio, quem Drutheri scribi fecit, et Primasium super apocalypsin, quem similiter scribi fecit. — 27. Prisciani de arte grammaticæ lib. I quem Uragrat presbyter dedit. — 28. Alchuini super epistolas Pauli ad Titum et Philemonem et ad Hebr. lib. I. — 29. Alchuini magistri quæstiones super genesin et metrum Alcimi Aviti episcopi vol. I. — 30. item Alchuini magistri quæstiones in genesin libell. I. — 31. S. Vigilii papæ libri contra Euticeten hæreticum vol. — 32. libri prognosticorum futuri sæculi vol. I. — 33. computum et cyclum in uno libello. — 34. in Ezechielem Hieronymi posterior pars praestita est ad Dyonis. — 35. Hieronymi in ecclesiasten explanatio. — 36. Hieronymi in psalmos quosdam lib. I. — 37. Alchuini lib. super epistolas Pauli ad Titum ad Philemonem et ad Hebræos. — 38. istoria Iosephi XIV libri in codice uno — 39. liber lex Alemannica, et pœnitential. et cartul. in codicello I.

De libris abbatis ERLEBALDI.

40. liber sacramentorum Gregorii, unum vol. — 41. liber sancti evangelii ad legendum unum. — 42. lectionarium unum similiter ad legendum. — 43. antiphonarium I. — 44. pœnitentiale I de canone scapsatum. — 45. missale unum Gregorii in quo publica missa canitur. — 46. antiphonarium unum plenarium.

De libris C.

47. In Bibliotheca dimidia in qua lib. . . . . 48. Boldman presb. attulit lib. quæstionum S. Augustini veteris ac novi testamenti continentem capita . . 49. M . . . presb. dedit nobis psalte . . Hieronymi et 50. 51. duo psalteria. — 52. Machelm presb. dedit . . . . . et lectionarium. — 53. . . presb. attulit libros . . . XL homil. Gregor. — 54. et psalte. — 55. vitas patrum, — 56. librum sententiarum — 57. et librum homeliarum per circulum anni — 58. et librum Eucherii — 59. et psalterium unum. — 60. Engilpreth presb. attulit unum

missale — 61. et lib. XL homeliarum Gregorii — 62. et librum pastoralem. — 63 Salomon presb. dedit missale — 64. et lectionarium — 65. et antiphonarium. — 66. Scrutolf presb. unum missale — 67. et psalterium attulit. — 68. Perigher presb. attulit missale. — 69. Heimo presb. attulit missale — 70. et lectionar. — 71. Windheri presb. attulit missale — 72. et lectionar. — 73. Engilpreth presb. missale cum lect. psalterio et antiph. attulit. — 74. Eberhart dedit missale — 75. et psalterium. — 76. Witpreth habet missale I. — 77. et attulit psalterium I. — 78. Hartman . . . . . 79. Wolfman presb. dimisit missale — 80. antiphonarium. — 81. regulam — 82. et legem Alemannorum. — 83. Otpreth presb. dimisit missale unum cum lection. et regulam et vitas patrum in uno codice. — 84. Keidolf presb. psalterium. — 85. missale I supervenit quem Ratpold habet. — 86. missale I advenit quem Ratfrid tenet. — 87. missale I advenit qui adhuc cum libris. — 88. item Peræthger presb. missale. — 89. Adalgir presb. missale sibi — 90. Woldfregi diacon. missale sibi. — 91. Otfrid presb. missale sibi scribi fecit. — 92. 93. Notcrim duo psalteria sibi scribi fecit. — 94. 95. Eto psalteria duo sibi adquisivit. — 96. Ratpold presb. psalterium I adquisivit. — 97. Ruadhelm presb. missale sibi conscripsit. — 98. Wito presb. missale semiscriptum dimisit; quem Ruadhelm perscripsit et donavit. — 99. Eremfrid presb. attulit libros . . . . . 100. et I. psalt. — 101. et I. antiph. — 102. Hunzo presb. dedit lib. I similiter — 103. et I lectionar. — 104. et lib. istoriæ Iosephi et cætera in vol. I. — 105. chronica Gregorii episcopi de Turonis gesta pontificum et chronica Bedani presb. in volumine uno. — 106. lib. prophetarum quem Hiltiger de Italia adduxit. — 107. S. Athanasii altercatio cum hæreticis et vita S. Martini in vol. uno. — 108. item altercatio Athanasii cum Arrio et Hieronymi adversus Luciferum vol. I. — 109. Kernentit presb. vendidit missale unum — 110. et psalt. unum. — 111. Ericho vendidit psalt. I qui fuit mone . . . — 112. Tuato antiphonarium valde bonum quem dedit Drudman presb.

Neugart. Episcopatus Constantiensis. I 1 p. 544-46 cf. E. G. Vogel in Serapei III 7.

9. Monasterium Augiense = Reichenau. 838—842.

Isti libri in insula Awa monasterio sanctæ Mariæ scripti sunt, qui subtus notantur sub RUADHELMO ex quo eidem coenobio abba praeficiebatur.

1. liber unus prægrandis in quo continentur passiones et vitæ martyrum confessorumque nonnullorum, in quo inprimis ponitur passio SS. martyrum Processi et Martiniani. — 2. item liber unus super psalmos quem D. Hieronymus de Origine, ut ipse ait, excerpsit. — 3. item liber epistolarum Hieronymi presbyteri, in quo inprimis ponitur epistola Hieronymi ad Pamachium cum cæteris epistolis num. XXXIV. — 4. item liber in quo continentur epistolæ imperatorum Marciani et Leonis ad episcopos pene totius orbis de synodo Chalcedonensi, et liber contra Nestorianorum et Eutychianorum hæreticos, et liber Prosperi contra librum Cassiani presb. et cætera. — 5. item liber Vitruvii magistri de architectura comprehensa X libris — 6. item liber in quo continentur institutionum divinarum et sæcularium literarum Casiodori Senatoris libri duo. — 7. item liber geometriæ artis de compluribus auctoribus confectus, et liber astrologiæ Hygini mirifice commendatus ad Fabium suum dilectum. — 8. item liber expositionis in Hester Hrabani Mauri abbatis et alius liber eiusdem Hrabani in Iudith, uterque ad Iudith Augustam editus. — 9. item liber sancti Augustini episcopi in quo continentur libri . . . id sunt de bono coniugali, de viduitate, de virginitate, de orando Deo et de opere monachorum.

Neugart. Episcopatus Constantiensis Alemannicus. I. 1., 547 cf. E. G. Vogel in Serapei III, 7.

10. Monasterium Augiense = Reichenau. ante 842.

Incipit brevis librorum quos ego Reginbertus indignus monachus atque scriba in insula cœnobii vocabulo Sindleozes Auua sub dominatu WALDONIS, HEITONIS, ERELEBALDI, et RUADHELMI abbatum, eorum permissu de meo gradu scripsi aut scribere feci, vel donatione amicorum suscepi.

1. Inprimis liber I prægrandis, in quo continentur super orationem dominicam nonnullorum catholicorum explanationes. Deinde super symbolum apostolorum quam plurimorum ortho-

doxorum tractationes cum cæteris de fide tractantibus diverso modo explanation. et expositio de missa et de ordine ecclesiastico missæ, et de ordinibus ecclesiasticis, et de ratione sacramenti baptismatis. Deinde diversi canones, id est Græciæ, Africæ, Galliæ, Hispaniæque. Postea decretales epistolæ antistitum Romanorum ac deinceps canones ex veteri et novo testamento composita, postmodum diversi libri pænitentiarum. — 2. In secundo libro continentur computationes regum Romanorum Cæsarum consulumque. Deinde libri grammaticæ artis Donati, et de metrica arte Bedæ presbyteri, et libellus de centum metris. Et liber de ænigmatibus Symphosii. Et liber fabularum Aniani poetæ. Et libri duo Boetii de musica arte [et libri quinque Boetii de musica arte *addit Ziegelb.*]. Et liber astrologiæ Arati. Et libri Boetii geometricorum. Et libri duo Alcuini de rhetorica et dialectica arte. Et liber Iulii Caesaris de mensione universi orbis. Et liber ethicæ [Aethici *Ziegelb.*] Hieronymi de cosmographia, et libri duo de architectura Faventini et liber unus hebraicus [herbarius *Ziegelbauer*] Apulei. — 3. In tertio libro habentur chronica Eusebii Caesariensis episcopi et Hieronymi presbyteri et Prosperi. Et chronica Cassiodori Senatoris, et chronica Iordanis episcopi et chronica Melliti. Et chronica Bedæ presb. et chronica excerpta Isidori episcopi et chronica brevis. Deinde notarum Plinii Secundi lib. I et notarum Isidori ep. lib. I et notarum de naturis rerum Bedæ presb. liber excerptus ex diversis lib. I et epistolæ Victoris et Dionysii de ratione cycli paschalis. Et de cyclis decennovalibus [decennalibus *Zieg.*] cycli XXVIII. Et versus diversi de septem diebus et mensibus et XII signis vocabulis. Et martyrologium per anni circulum. Et in autea [mantea *Ziegelb.*] de diversis numeris et figuris. — 4. In quarto libro sunt libri grammaticæ artis Donati maiores et minores partes orationis. Et de arte medica [metriea *Ziegelb.*] libri Bedæ presb. et de arte grammaticæ Alchuini libri et declinationes. Et metrum Iuvenci et Sedulii super libros IV evangeliorum. Ipsumque librum Wano frater meus mihi dedit, et ego illum præstavi nepoti meo Ratherio. Volo [voto *Ziegelb.*] ut veniat ad alios libros nostros. — 5. In quinto libro continentur libri prægnosticorum [progn. *Ziegelb.*] III et IV liber dialogorum, et liber Fursei de visione eius, et nonnullæ vi-

siones excerptæ de libris gestorum Anglorum Bedæ et de visione Barontii [Barontis *Ziegelb.*] monachi. Et liber visionis Wettini fratris nostri, quam Heito episcopus descripsit, et Walafrid [Wehlafrid *Zieg.*] frater noster metricis versibus subsequens illam [illum *Zieg.*] decoravit. — 6. In sexto libro comprehenduntur diversi versus et nonnullorum hymni sanctorum. et aliquorum [aliorum *Zieg.*] epitaphia sanctorum et martyrologium cum computo et cyclo. et versus de diebus et mensibus et XII signis, et diversæ glossæ super istoriam veteris ac novi testamenti et super alios quam plurimos libros et notæ Iulii Cæsaris et monogrammæ diversæ et liber Plinii Secundi de natura [naturis *Zieg.*] rerum. — 7. In septimo libro constat esse liber de hæresibus et liber fictus sub nomine S. Augustini scriptus de prædestinatione. Et tertius liber sanctorum patrum contra eundem librum hæreticorum defendendo catholice. et libellus de ratione animæ et dogma sancti Gennadii ecclesiastica. — 8. In octavo libro sunt libri V de philosophia consolationis Boetii et admonitiones S. Basilii liber necessarius. Et in capite libri pauca de declinationibus. — 9. In nono libro continentur passiones et vitæ sanctorum id est Haimrani, Lantberti [Luntberti *Zieg.*], Afræ, Magret, Gregorii, Georgii, Malchi, Eusebii, Fileberti, Hilarii, Potiti, Columbani, Galli, Germani, Ambrosii, Servatii et VIII epistolæ Hieronymi et liber Cassiodori Senatoris. — 10. In decimo libro habentur vitæ et passiones sanctorum Hieronymi, Ambrosii, Sixti, Laurentii, Alexandri, Benigni. De obitu Bedæ presbyt. et eius epitaphium, Bonifacii, Vincentiæ. — 11. In undecimo libro constat inesse vitas et passiones sanctorum Bonifacii, Marcialis, Medardi, Sergii, Bacchi, Goaris presb. Quintini martyris. — 12. In duodecimo libello sunt vitæ et passiones sanctorum Felicis, Fortunati, Remedii episcopi, Genesii, Sopasci, Nizephori, Andronici, Chrysanti, Dariæ, Mami, Agnetis, Eugeniæ, Cæciliæ, Theodosiæ [Theodorae *Zieg.*] cum tribus filiis suis, Perpetuæ et Felicitatis, Christianæ [Christinae *Ziegelb.*] virginis. — 13. In tertio decimo libello continentur vitæ et passiones sanctorum Christophori, Clementis, Cyriaci, Largi, Smaragdi, Crescentiani, Memmiæ, Iulianæ, de miraculis Genesii, Modesti, Viti, Crescentiæ, conversio Fustinæ [Iustinae *Zieg.*], Leodearii, inventio corporis S. Stephani. —

14. In quarto decimo libello habentur vitæ et passiones Faustini et Iovitæ, Theonistæ [Theoctistae *Zieg.*], Tabræ [Tubrae *Zieg.*] et Tabrachum, Marciani [Mariani *Zieg.*] secundi, Iunocentis [-tii *Zieg.*], Gertrudis virg. et Pelagiarum duarum. — 15. In quinto decimo libello sunt libri duo de vita et virtutibus S. Galli confessoris. et vita S. Longelli sacerdotis, et Agnafledæ [-tae *Zieg.*] virginis. — 16. In sexto decimo libello est explanatio brevis super VII epistolas canonicas, et passio sanctorum Dyonisii, Rustici et Eleutherii martyrum et homelia pertinens ad solemnitatem eorum. — 17. In septimo decimo libro continentur leges diversæ, id est lex Alemannorum, lex Ripuaria, lex Salica, lex Theodosiana et diversi capitular. Pippini, Karoli et Hludovici regum. Et ordo ecclesiasticus Romanæ ecclesiæ et qualiter missa celebretur, et de officiis divinis in noctibus a cæna Domini usque in pascha et qualiter in sancta Romana ecclesia reliquiæ conduntur, et quomodo in sancta Romana ecclesia ordinationes fiant. Et capitula in omnibus laborandi cura. — 18. In octavo decimo libello continentur lex Ripuaria et lex Alemannorum et capitularia Karoli regis addenda legibus, et de sex ætatibus mundi. Et de inventionibus sanctæ crucis, quem Engilram mihi dedit, et capitular. tres in quibus continentur capitularia Hludovici imperatoris. — 19. In nono decimo libello habetur lex Longobardorum et passio Servuli, quem emi [emi *om. Zieg.*] VIII denariis. — 20. in vigesimo libello est regula S. Benedicti abbatis. Et hymni Ambrosiani, et epistola ad regem Karolum de monasterio S. Benedicti directa et capitulares . . . de statu regulæ. Et martyrologium per anni circulum, quem Tatto et Crimolt mihi condonaverunt. — 21. In XX primo libello continentur XII carmina Theodiscæ linguæ formata. — 22. In XX secundo libello habentur diversi pænitentiarum libri a diversis doctoribus editi et carmina diversa ad docendum Theodiscam linguam, et de iuventione corporis S. Benedicti et cætera. — 23. In XX tertio libello est antiphonarius gradualis [Ceradalis *Zieg.*], antiphonæ de litaniis vel de quacumque tribulatione, et de institutione stationum. Et de observatione divini officii erga psalmos, et de ordine librorum quomodo per anni circulum poni possint, quem Tatto et Crimolt mihi dederunt. — 24. In XXIV libello continetur cantus gradualis et nocturnalis. — 25. In XXV

libello habentur duo libri . . . . . — 26. In XX sexto libello continetur . . . . . diversos per anni circulum. — 27. In XX septimo libello habetur . . . . .

— 116. et aliud incipiens a passione SS. Fidei, Spei et Caritatis vol. I. — 117. et aliud incipiens a passione SS. Philippi et Iacobi apostolor. vol. I. — 118. vita S. Maioli et S. Nicholai vol. I. — 119. lib. de doctrina ecclesiastica secundum Nicenum concilium vol. I. — 120. Iohannis Crisostomi de natura animalium vol. I. — 121. martirologium Fortunati uersifice factum vol. I. — 122. 23. psalteriorum maiorum vol. II. — 124-27. psalteriorum minor. cum ymnariis vol. IV. — 128. Amelianus de ordine ecclesiastico vol. I. — 129. epistolae Adriani pape vol. I. — 130-32. antiphonaria cum gradalibus vol. III. — 133-37. missalia maiora III et duo minora et unum uetus vol. V. — 138-49. medicinalium librorum vol. XII. — 150-63. canonum vol. XIV. — 164. exemplar picturae noui testamenti vol. I. — 165-71. libri compoti vol. VII. — 172. epistolar. et euangelior. vol. I. — 173. item tantum epistolar. vol. I.

Libri diuinorum poetarum: 174. Sedulius vol. I. — 175. Sedulius cum Boetio vol. I. — 176. Sedulius cum Cattone et pluribus enigmatibus vol. I. — 177. Sedulius nouus vol. I. — 178. Sedulius prosaicus vol. I. — 179. Prudentius integer vol. I. — 180. Waltarius vol. I. — 181. Arator Ainardi vol. I. — 182. Arator cum quibusdam glossis. vol. I. — 183. Iuvencus cum Sedulio et Aratore vol. I. — 184. item Iuuencus vol. I. — 185. Boetius cum Persio Ainardi vol. I. — 186. item Persius cum Boetio vol. I. — 187. Sedulius Scottus cum expositione cathegoriarum vol. I. — 188. item Sedulius Scottus vol. I. — 189. Fortunatus cum suis epistolis de uita Martini vol. I. — 190. Alchimus de creatione mundi et uisione Vuettini et Homero vol. I. — 191. Mico de natura syllabarum vol. I. — 192. Iohannes Scottus de compoto et natura canum et Hincmacus de fonte uitae vol. I. — 193. 94. Donatus maior et minor vol. II.

Libri gentilium poetarum: 195. Virgilius Ainardi vol. I. — 196. 97. item Virgilii uetra vol. II. — 198. item unus quaternio in bucolicis Virgilii. — 199. 200. Horatii vol. II. — 201. Statii vol. I. — 202. Ovidii vol. I. — 203. 4. Terentii vol. II. — 205. Iuvenalis vol. I. — 206. Lucanus vol. I. — 207. Anianus cum Esopo et Hincmaro et Vualtario vol. I. — 208. Quattuor quaterniones Ouidii de amore. — 209. item Vualtarius per se vol. I. — 210. item cuiusdam de astrono-

mia cum peryesi Prisciani et Girberto de astrolapsu vol. I. — 211. liber differentiarum Ciceronis cum epistolis Gunzonis et Hincmaro de fonte uitae cum Auiano et Prisciano de nomine et uerbo vol. I. — 212. Priscianus maior cum libris de constructione vol. I. — 213. item Priscianus sine constructione vol. I. — 214. item Priscianus non integer vol. I. — 215. item Priscianus de constructione vol. I. — 216. item adbreuiatio Prisciani vol. I. — 217. item adveniatio Consentii super Priscianus uetus vol. I. — 218. item eiusdem nouum vol. I. — 219. Priscianus de nomine et uerbo vol. I. — 220. Priscianus de XII uersibus cum Eutitio de nomine et uerbo. vol. I. — 221. item Priscianus de duodecim uersibus cum Seruio centimetro vol. I. — 222. glosae sup. Donatum cum Euticio vol. I. — 223. Beda de metrica arte cum Foca vol. I. — 224. item Beda de metrica arte cum Prospero vol. I. — 225. Augustinus sup. Donatum et de animae uirtutibus vol. I. — 226. Vuidrae sup. Donatum vol. I. — 227. item Focas cum Prisciano de accentibus et quibusdam glossis vol. I. — 228. Hieronimus de grammatica et Augustinus sup. minorem Donatum vol. I. — 229. Isidorus de grammatica. vol. I. — 230. item Donatus cum declinationibus et Auiano vol. I. — 231. item declinationes cuiusdam vol. I. — 232. Albinus de VIII. partibus cum psichomachia vol. I. — 233. commentum Remigii sup. Euticium vol. I. — 234. Pomponius de grammatica cum Valerio Probo et Sergio vol. I. — 235. Iunius Filargius sup. Virgilium cum vita Alexandri magni vol. I.

236. Ysagoge, categoriae, perymenie, topica Ciceronis et topicae differentiae vol. I. — 237. ysagoge Porphirii cum Beda de metrica arte et Donato maiore et minore vol. I. — 238. Boetius sup. ysagogas et categorias vol. I. — 239. item Boetius sup. topica Ciceronis cum libris de diuisione et diffinitione et de topicis differentiis et de categoricis et ypoteticis sillogismis vol. I. — 240. primum commentum Boetii sup. pery ermenias vol. I. — 241. categoriae Augustini vol. I. — 242. item categoriae Aug. vol. I. — 243. Gezo de categoriis cum Persio vol. I. — 244. item dialectica Aug. cum epistola Alexandri vol. I. — 245. rethorica Ciceronis cum Fortunatiano et Alcuino vol. I. — 246. Victorinus sup. rethoricam Ciceronis vol. I. — 247. item commentum Boetii super pery ermenias vol. I. — 248. categoriae Aug. et pery

ermeniae Apuleii vol. I. — 249. cathegoriae Aug. vol. I. — 250. Lantfrancus de dialectica vol. I. — 251. musica Boetii cum Euclide de geometria vol. I. — 252. Boetius de arithmetica cum Girberto de abaco vol. I — 253. Boetius de trinit. cum Martiano de dialectica vol. I. — 254. Alcuinus de rethorica et de dialectica vol. I. — 255. Macrobius de somno Scipionis et de saturnalibus vol. I.

256. Salustii vol. I. — 257. Dictis de excidio troiano cum Homero vol. I. — 258. historia Iulii Cesaris vol. I. — 259. liber Solini vol. I. — 260. Palladius de agricultura cum Vitruuio de architectura vol. I. — 261. Cicero de senectute cum Fulgentio mitologiar, vol. I. — 262. Cicero de amicitia vol. I. — 263. Martianus de nuptiis filologiae cum triuio et quadriuio vol. I. — 264-68. glossariorum vol. V. — 269. expositio sup. Donatum minorem vol. I. — 270. epistolae domni Folcradi abbatis cum quibusdam sententiis de musica vol. I.

Docen in Neuen literar. Anzeiger 1807 p. 66-76 e codice Orosii Monacensi 10292 (Cod. Pal. 292) fol. 143-46.

69. Monasterium Scaphusianum = Schaffhausen, Kloster Allerheiligen. 1083-1096.

Nomina et supputatio librorum sub sanctę memorię domno Sigefredo abbate ipsius adminiculo sive iussu seu permissu patratorum vel allatorum. [vel allatorum *suprascr. eadem manu.*]

1. In primis bibliotheca incomparabilis tota in uno codice. — Item excepto octateuco, evangelio, psalterio tota in singulis libris per has partitiones divisa: 2*. in I. libri propetarum et Iob. — 3*. in II. liber regum et palyppomenon. — 4*. in III. libri Salomonis: proverbia, eeclesiastes et cantica, liber sapientię et Ihesu filii Sirach, liber Tobie, Iudith, Hester, Ezre, Neemie et liber Machabeorum habentur. — 5. in IV. autem actus apostolorum, canonicę epistolę, apokalypsis et epistole Pauli continentur. — 6-12*. expositionis beati Gregorii moralium VI partes in singulis libris, II. pars dupliciter. — 13. liber eiusdem, qui dicitur cura pastoralis. —

*) Libri asterisco notati hodie in bibliotheca extant.

14*. IV. libri dialogorum in uno volumine. — 15. quadraginta omelie in uno codice. — 16-18*. expositio ipsius in Ezechihele in duobus libris, I. pars dupliciter. — 19. eius in cantica omelie II. — 20. item Hieronimi super ecclesiastes. [*eadem manu inter lineas.*] — 21. item regestum ipsius. — 22*. Hilarii episcopi de fide libri XII. in uno volumine. — 23. Ambrosii super Lucam libri commentariorum VIIII. — 24. item exameron ipsius. — 25. item de officiis libri II. — 26. de penitentia liber I. — 27. eiusdem de excessu fratris. — 28. item Augustini de quantitate animę [*eadem manu inter lineas*]. — 29. libri sacramentorum VII in uno codicello — 30. item de perpetua virginitate sanctę Marie. — 31. item Augustini de utilitate credendi. [*eadem m. inter lineas.*] — 32. cuius supra ipsius de bono mortis libri II, pars de vita sancti Ambrosii. — 33. item Heronimi super ecclesiastes [*eadem m. inter lineas cf. n. 20.*] — 34. Hieronimi in evangelium Mathei commentarii liber et in evangelium Marci in uno codice. — 34. commentariorum eiusdem in ęcclesiasten, sermo eiusdem de assumptione sanctę Marię in uno libello. — Augustini operum: 35. Augustinus in evangelium Iohannis. — 36*. Augustinus de verbis Domini. — 37. Augustinus de sermone Domini in monte. — 38. Augustinus de sancta trinitate libri. — 39. Augustinus de verbis apostoli sermones. — 40. Augustini in epistolam Iohannis omelie. — 41. Iohannes Chrisostomus de reparatione lapsi. eiusdem libri II de compunctis in uno codice. — 42. libri confessionum Augustini. — 43*. Augustini super terciam partem psalmorum sermones. — 44*. Augustini de genesi ad litteram libri XII. — 45. Augustini de baptismo liber. — 46. Augustinus de pastoribus, Augustinus de ovibus, eius de unico baptismo, cantilena Augustini per alfabetum, ipsius super salutationem epistole ad Romanos, solutiones quarundam gestionum Augustini ad Cecilianum. episcopum Mediolanum, et fides Leonis: hec VII opuscula in uno volumine. — 47*. liber unus, in quo continentur sermones Augustini XLII. — 48. Augustinus de vita christiana, eiusdem de vera religione in uno libello. — 49*. Augustinus ad comitem, libri soliloquiorum, Augustini II de anima ad Vincentium Victorem, liber eiusdem de X cordis et ipsius de disciplina Christianorum, cuius supra de sancta virginitate et soliloquia Ysidori II in uno codice. —

50*. enchiridion Augustini. — 51*. Augustinus de doctrina christiana. — 52*. item epistolę Augustini XXX, liber eiusdem de fide et operibus, cuius supra de moribus sanctę ęcclesię, item de V quaestionibus et gratia Dei liber unus, epistola ipsius ad Petrum de fide sanctę trinitatis et de creatura Dei in uno volumine. — 53*. questiones Augustini et libri eiusdem contra adversarium legis. — 54. Augustini contra Faustum Manicheum libri II, id est XII et XIII. — 55*. Augustinus ad Marcellinum de baptismo parvulorum, ad eundem de perfectione iustitię libri II, ad eundem de littera et spiritu liber I in uno volumine. — 56*. Augustini de predestinatione sanctorum libri II, eiusdem de divinatione demonum in uno codice. — 57. Augustinus contra Arrium. — 58*. Augustinus de bono coniugali, de viduitate, de agone christiano, de opere monachorum et epistola una ad Probam viduam de orando Deo. — 59. Augustinus de civitate Dei, Augustinus contra achademicos ex parte. — 60. Augustinus de utilitate credendi, ipsius de penitentia. — 61*. liber ethimologiarum Ysidori. — 62. 63. expositiones duę in cantica canticorum. — 64*. liber, in quo passiones sanctorum nonnulle habentur. — 65*. liber, qui dicitur vita patrum, in quo in primis vita sancti Pauli primi heremite, vita sancti Antonii, vita sancti Hilarionis, vita Iohannis heremite et aliorum sanctorum patrum, historia Malchi monachi captivi [*eadem m. suprascriptum*], vita Frontonis, vita sanctę Paulę viduę. — 66. item liber unus, in quo sententie patrum plurime, opus Postumiani et multi sanctorum actus continentur. — 67-73. libri missales VII. — 74. et lectionum I. — 75-79. libri matutinarii V. — 80. 81. antiphonarii II. — 82*. liber benedictionum I. — 83*. Augustinus de civitate dei. — 84*. item Augustini prima et secunda pars super psalterium. — 85*. item questiones Augustini de veteri testamento et libri contra mendacium in uno volumine. — 86. Omelie Origenis de veteri testamento et epistolę beati Ieronimi presbiteri in uno volumine. — 87. 88. item epistolę beati Ieronimi presbyteri in duobus voluminibus. — 89. libri dialogorum Gregorii pape et vita Iohannis Eleymonis in uno volumine. — [*Quae secuntur, alia paulo iuniore manu scripta sunt.*] — 90. 91*. item libri II omeliarum et sermonum per totum annum. — 92. item libellus de ortu Alexandri Magni et epistola eiusdem.

— 93. item alii libelli, quę [*sic*] in choro habentur. — 94. liber I qui vocatur Seneca.

E codice 17 fol. 306 bibliothecae Schaffhusianae Quellen u. Forschungen zur Schweizer Geschichte Basel 1883. III. 1, 142-45. Boos, die Handschriften der Ministerialbibliothek zu Schaffhausen 1877. IV-VII. Anzeiger f. Bibliographie 1878, 23-24. cf. Wölfflin in Sitzungsberichte der Wiener Akademie d. Wiss. phil.-hist. Cl. (1865) 107.

70. Bibliotheca Pomposiana = Pompuse. 1093.

Epistola Henrici Clerici ad Stephanum.

STEPHANO philosophiae fonte decenter imbuto Henricus clericus caelestis sapientiae illustrationem. Audita fama venerabilis Hieronymi Pomposiani abbatis se iugiter exercitantis quidquid commode orbe illustrato in divina pagina usquam reperiri potest tuo indesinenter subscribi libello & numerum nosse eorum quos Deo inspirante ex suo tempore gessit librorum quidve in his adeo studuit, ut caetera pene neglegeret, te vehementer cupere fateris. Quod prout potero, rerum dulcissime, in harum cuiuscumquemodi serie litterarum, quantum ex ipsius ore cognovi meave experientia, tuae intimabo fideliter dilectioni. Sed ut ad hoc planius descendam perspicuisque pateat rationibus, paulo altius inchoandum est.

Pomposiana ergo basilica, sicuti ego accepi, ex tempore Guidonis mirae sanctitatis, primi eiusdem colendi loci patris, mirifice honestari ac augeri coepit. * * * * * * * * * * Quo in tempore iste Dominus meus, de quo nobis sermo, Hieronymus abbas a puero advectus sufficienter didicit monachicam normam: deinde in grammaticae studuit fundamento, sed & dialectica aliquando libavit acumina in brevique Deo magistrante multum profecit tempore.

Tunc ex priore abbas a fratribus gratanter ordinatus est. * * * * * * illico data opera curiose ubique quaerere cepit diversorum volumina doctorum, quae praesentibus posterisque documenta relinqueret. * * * * * * * * * * Cui operi ex abbatis iussu Bonus nomine & exemplo monachus ex eremita praecerat, omnium dogmate artium peritus, qui etiam

aestuans ut tantum librorum exempla colligeret, non curabat distinctas & decoras litteras, sed quoquomodo formatas. Decreverat enim praedictus abbas eosdem rescribere & in unum bibliothecae corpus colligere. Unde quosdam ex fratribus adversos habeo ob nimiam titulationem non valentes legere libros a me scriptos.

* * * * * * * Sed ne tibi parum sufficere videatur quod de libris memoravi, libet etiam titulum unius cuiusque libri scribere, ut quod puris non credis verbis, saltem fidelibus subiectum credas oculis. Nec enim hoc in vanum conati sumus, quoniam accidere potest ut errore aliquis ex his subtractus latenter liber oblivioni tradatur, sed perlecta hac pagina fidelis librorum custos cum diligenter inquirat, si forte vel ex fratribus vel advena sustulit, armario restituatur continuo. Nota autem prudens lector, quia citius ut dignoscere valeas unum quemque librum, quoniam plures in uno volumine sunt, ubicumque figura in modum literae Γ & quotquot tituli intra Τ & Γ continentur in uno tantum adsunt connexi volumine *). Hoc autem quod de vita sancti viri Hieronymi abbatis deque fratrum numero & de eremi amoenitate & totius locis aedificiis, quaevis in libello quem proprie de ea re scripsi invenias: actum vero hoc in libro pontificum anno ab incarnatione MXCIII.

Γ 1. XII. libri Augustini super genesim ad litteram.

Γ 2. XII. libri de civitate Dei eiusdem Augustini.

Γ 3. III. libri de verbis Domini super Mathaeum, super Lucam & super Ioannem.

Γ 4. eiusdem de catechizandis rudibus I. de magistro liber I. lib. quaestionum I. de agone christiano lib. I. de fide catholica lib. I. contra V. hereses, id est contra paganos, Iudaeos, Manichaeos. Sabellianos & Arrianos lib. I. de altercatione ecclesiae & synagogae lib. I. sermo de decem chordis. de vita Christiana lib. I.

Γ 5. Ad Bonifacium contra Donatistas haereticos lib. I. sermo de Emerito episcopo. eiusdem Augustini epistola Honorio & Theodosio consulibus contra eumdem Emeritum Donatistarum episcopum. responsio contra duas epistolas Gaudentii Donatistarum episcopi ad Dulcitium. alia responsio

*) Montfauconis typotheta has notas misere videtur confudisse.

contra secundam epistolam eiusdem Gaudentii ad eumdem Dulcitium. eiusdem epistola ad Maximianum de non rebaptizando. sermo gratiarum Maximiani episcopi, quod reversus sit ad catholicam ex Donatistis. epistola Silvani & Valentini, Aurelii Augustini & caeterorum episcoporum concilii Zertensis ad Donatistas. eiusdem ad Macrobium ut non rebaptizet. eiusdem Augustini de continentia liber unus. alius de patientia. tractatus eiusdem de muliere forti in Salomone. epistola eiusdem ad Marcellinum quomodo invenerint Magi Pharaonis conversa in sanguinem tota aqua Aegypti, unde simile aliquando facerent. epistola Marcellini ad sanctum Augustinum de aliquibus quaestionibus exsolvendis. Cur hic Deus, qui & veteris testamenti Deus esse affirmatur, spretis veteribus sacrificiis delectatus sit. epistola sancti Augustini ad Evodium de sententia in epistola sancti Petri, spiritibus qui in carcere erant conclusi, advenientem Christum praedicasse, qui Christo aliquando increduli fuerunt. eiusdem de divinatione daemonum sermo. eiusdem Augustini de versu apostoli ubi dicit: Debitores sumus non carni. sermo eiusdem de psalmo alleluiatico. eiusdem August. sermo de alleluia. sermo de nocte & die resurrectionis Domini contra Iudaeos & haereticos. eiusdem post. de concupiscentias suas non eundo liber. eiusdem exhortationum beati Augustini ad Valerium comitem charissimum sibi. Gregorii papae ad Regaredum regem. eiusdem Augustini liber I de mendacio. alius eiusdem contra mendacium. De vita et moribus catholicis contra Manichaeos lib. I. eiusdem ad Aurelium abbatem de opere monachorum lib. I. de predestinatione lib. I. sermo eiusdem de tempore barbarico. — 6. sermones de Adam II. epistolae August. de omnibus haeresibus liber I. Γ

7. De perfectione iustitiae ad Paulum et Eutropium lib. I. Γ De natura & gratia ad Timasium et Iacobum lib. I. epistola Prosperi & Hilarii ad sanctum Augustinum de querela Gallorum. ad eosdem sancti Augustini de praedestinatione lib. I. epistola Hilari ad Augustinum episcopum. Augustini ad Hilarum. eiusdem Augustini ad Hieronymum de epistola Pauli ad Galatas. Sancti Ambrosii de consolatione Valentiniani lib. Γ confessionum XIII. In salutationem epistolae Pauli ad Romanos lib. I. Eiusdem Augustini super Ioannem.

8. Itidem Cypriani sermones & epistolae LXXXI de Iu- Τ

daica incredulitate ad Vigilium episcopum. Versus Domini Ioannis de coena Maî [*sic*] Cypriani.

Γ XVIII. lib. Hieronymi in expositione Isaiae Prophetae.

Γ XIV. eiusdem sup. Ezechielem.

Τ 9. sup. Hieremiam eiusdem lib. 6.

Τ 10. eiusdem expositio ad Galatas lib. ad Ephesios III. ad Titum I. ad Philemonem I.

Γ eiusdem super Matthaeum I. super Marcum.

Γ libri & diversae epistolae eiusdem LXXX.

Τ 11. XII. lib. Ambrosii de trinitate. Fulgentii de trinitate liber I. Eiusdem de creaturis a Deo de nihilo creatis lib. I. Nicetae episcopi de ratione fidei I. eiusdem de spiritus sancti potentia lib. I. eiusdem de diversis appellationibus Domino nostro Iesu Christo convenientibus.

Γ 12. Ambrosii de officiis lib. 3. Epistola eius ad ecclesiam Vercellensem I. eiusdem de poenitentia II. libri. eiusdem de fratris ex cessu lib. I. de rebus gestis in ecclesia Mediolanensi lib. I.

Γ eiusdem de Paradiso.

Τ 13. catalogum sanctorum I. Historia illustrium virorum I.

Τ 14. super Matthaeum Ioannis Chrysostomi.

Τ 15. LXX. homeliae eiusdem de diversis causis veteris & novi testamenti. de reparatione lapsi I. de compunctione I.

Γ expositio Ambrosii super epistolas Pauli ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses II. ad Colossenses I. ad Titum I. ad Timotheum I. item ad Timotheum, ad Philemonem I. Ioannis Chrysostomi in epistolam Τ ad Hebraeos sermones XXXIIII. — 16. super Iob Origenis lib. III. eiusdem super cantica canticorum lib. III.

Γ De trinitate Hilarii lib. XII.

Τ 17. eiusdem expositio fidei ad synodum. Lib. de trinitate Gregorii Hispaniensis Eliberitanae sedis episcopi ad Gallam Placidiam. *Est Faustini epistola ad Flacillam [*uidentur Montfauconis uerba esse*]. Apologeticum Gregorii Nazianzeni episcopi. eiusdem lib. de nativitate Domini I. de Epiphania I. Cum de agro reverteretur ad Imperatorem. de continentia & unitate monachorum I. de grandinis vastatione cum pater episcopus re . . . . .

Γ 18. expositio Hilarii super psalterium.

Γ 19. psalterium Hieronymi secundum Hebraicam veritatem.

20. libri collationum patrum Cassiani. de corpore & sanguine Domini. Lanfranci contra Berengarium. itidem de corpore & sanguine Domini cuiusdam sapientis.

21. liber sancti Ambrosii de virginitate. hexameron eiusdem. de paschali hebdomada. epistolae Hieronymi quamplurimae. Γ

22. Cassiodori lib. I. Lupi Servati lib. historia Africana. expositio super cantica canticorum secundum modernos. Γ

23 historiae libri XII. historiae Africanae lib. III. Γ

24. lib. officiorum Amalarii episcopi. Γ

25. Orosii diversarum historiarum lib. 7. Eutropii & Pauli de historia Romana lib. XV. historia magni Alexandri lib. XV. liber Plinii & Solini. T

expositio ut defloratio Hrabani super V. lib. Γ

item lib. Plinii & Solini & historia Alexandri. Γ

liber gratissimus Petri Damiani. Γ

expositio super psalterium. Γ

expositio Origenis super Lucam. Γ

regula Basilii & regula Columbani abbatis. monita Porcarii abbatis. regula Augustini, regula Pauli & Stephani. Augustini de opere monachorum. sermo Augustini ad monachos. Pinufius de institutione monachi decem homeliae. homelia Augustini de persecutione Christianorum. Hildelphonsus de trinitate, de haeresibus & quidam alii libri in hoc volumine. Γ

26. Augustini super epistolas Pauli. Γ

epistolae Senecae ad Lucilium. Γ

eiusdem de dandis & accipiendis beneficiis VII. liber eiusdem ad Neronem de clementia lib. II & III. alii utiles libri in eodem volumine. Γ

27. eiusdem tragoediarum. T

28. Cronica quam Regino Prumiensis abbas composuit. Γ

liber pontificum Romanorum.

29. Paschasii de corpore & sanguine Domini. Umberti episcopi de corpore & sanguine Domini. Γ

30. Duae epistolae Augustini ad abbatem Valentinum cum duobus sequentibus libris de gratia & libero arbitrio. hoc opus sic incipit: Propter eos qui hominis liberum arbitrium. altercatio Augustini & Feliciani Ar . . . . . liber de praedestinatione & gratia . . . . . liber beati Augustini de utilitate credendi ad Honoratum, hic liber sic incipit: Si Γ

mihi honorabil . . . . . liber beati Augustini de gratia novi testamenti ad Honoratum. hic liber sic incipit: Mihi proposuisti pertractandas quaestiones. Alius lib. eiusdem de natura boni. hic liber sic incipit: Summum bonum quo superius . . . . . item eiusdem de octo quaestionibus ex veteri testamento. hic liber sic incipit: Generalem iustitiam non violat . . . . . eiusdem duo libri de consolatione mortuorum, hoc opus sic incipit. In primo libro: Praebete silentium fratres. alter vero liber sic incipit: Superiori quidem libello perstrinximus.

Γ 31. sermo August. de corpore et anima & misera vita & sic incipit: O vita quae tantos desp. . . . . sermo sancti Ioannis Constantinopolitani de compunctione cordis & sic incipit . . . . . liber sancti Augustini ad Paulinum episcopum de consolatione mortuorum. hic liber sic incipit: Diu sanctitati tuae, venerande Pauline. Sermo sancti Augustini ad Martinum de muliere forte [*sic*] quis inveniet & sic incipit: Praestabit nobis quod diem istum it . . . . . Item sermo sancti Augustini in dedicatione ecclesiae & sic incipit: Celebritas huius congregationis. item alius de eadem re & sic incipit: Admoneo vos, fratres dilectissimi. libellus de quatuor virtutibus prudentia, fortitudine, temperantia & iustitia & partitulatis formula honestae vitae edita [*sic M.*] a quodam Martyrio episcopo ad Mitonem [*sic M.*] regem. Hic liber sic incipit: Gloriosissimo ac tranquillissimo. Epistola Paulini & Therasiae ad Augustinum, quae sic incipit: Domino fratri unanimo & venerabili Aug. Item epist. S. Augustini ad Paulinum quae sic incipit: Domino vere sancto & venerabili. Epistola August. ad Maximinum, quae sic incipit: Domino dilectissimo & honorabili fratri Maximino Augustinus. Gregorii Papae epistola Secundino servo Dei incluso, quae sic incipit: Dilectionis tuae litteras. Epistola sancti Isidori episcopi ad Mastonem episcopum de sacerdote lapso per poenitentiam posse resurgere in gratiarum statum pristinum, haec ita incipit: Veniente ad nos famulo vestro. Liber retractionis librorum Aug. in quibus qui libri & epistolae contineantur infra scribemus. Contra academicos & de academicis primum scripsi libros . . . Hoc autem opus sic incipit: O utinam, Romane, hominem sibi aptum. De beata vita liber unus. hic liber sic incipit: Si ad philosophiae portum. De ordine

lib. II. hoc opus sic incipit: De ordine rerum Zenobi. De soliloquiis lib. II. hoc opus sic incipit. Vol. . . . . De immortalitate liber I. hic liber sic incipit: Si alicubi est disciplina. De moribus ecclesiae catholicae & de moribus Manichaeorum libri II. hoc opus sic incipit: In aliis libris satis opinor egisse nos. De quantitate animae lib. I. hic liber sic incipit: Quoniam video te abundare otio. De libero arbitrio libri III. hoc opus sic incipit: Dic mihi, quaeso te, utrum Deus non sit author mali. De genesi adversus Manichaeos lib. II. hoc opus sic incipit: Si eligerent Manichaei quos decepissent. De magistro lib. I. hic liber sic incipit: Quid tibi videmus efficere cum loquimur.

32. De vera religione lib. I. hic liber sic incipit: Cum omnis vitae bonae ac beatae viam. De utilitate credendi liber I. hic liber sic incipit: Si mihi Honorate unum atque idem videtur esse. De duabus animabus liber I. hic liber sic incipit: Opitulante Dei misericordia. Acta contra Fortunatum Manichaeum liber I. hic liber sic incipit: Quoniam scriptum est. De genesi ad litteram lib. I imperfectus. hic igitur sic incipit: De obscuris naturalium rerum quae omnipotenti Deo artifice facta sentimus, non affirmando sed quaerendo tractandum est. De sermone Domini in monte libri II. Hoc opus sic incipit: Sermonem quem locutus est Dominus. Psalmus. . . . . partem Donati lib. I. Iste psalmus sic incipit: Omnes qui gaudetis de pace, modum veri iudicate, quod ei hypopsalma est. Contra epistolam Donati haeretici lib. II. hic liber sic incipit: Abs te ipso praesente audieram. Contra Adimantum Manichaei discipulum lib. I. Hic liber sic incipit: De eo quod scriptum est: In principio Deus fecit caelum terram. Ex epistola quarundam propositionum . . . . Ex epistola Pauli ad Romanos lib. I. hic liber sic incipit: Sensus hi sunt in epistola ad Romanos Pauli apostoli. Expositio epistolae ad Galatas lib. I. hic liber sic incipit: Causa propter quam scribit apostolus ad Galatas, haec est. Epistolae ad Romanos inchoata expositio liber I. hic liber sic incipit: In epistola quam Paulus apostolus scripsit ad Romanos. De diversis quaestionibus octogintatribus lib. I. hic liber sic incipit: Utrum anima a se ipsa sit. Item de mendacio scripsit librum unum. hic liber sic incipit: Magna quaestio est de mendacio. Contra epistolam

Manichaei, quam vocant fundamentum liber I. hic liber sic incipit: Unum verbum Deum. De agone Christiano liber I. Hic liber sic incipit: Corona victoriae. De doctrina Christiana libri IIII. hoc opus sic incipit: Sunt praecepta quaedam. Contra partem Donati libri II. hoc opus sic incipit: Quoniam Donatistae nobis. Confessionum lib. XIII. hoc opus sic incipit: Magnus es Domine. Contra Faustum Manichaeum libri XXXIII. hoc opus sic incipit: Faustus quidam fuit. Contra Felicem Manichaeum libri II. hoc opus sic incipit: Opus nostrum ita scriptum est. Annotationes in Iob lib. I. Hic liber sic incipit: Opera magna erant. De cathechizandis rudibus lib. I. hic lib. sic incipit: . . . . . De trinitate lib. XV. hoc opus excepta epistola, quae postmodum ad eius caput adiuncta est, sic incipit: Lecturis haec de trinitate. De consensu evangelistarum libri IIII. hoc opus sic incipit: Multa quidem alias adversus Donatistas. De baptismo libri VII. hoc opus sic incipit: In eis lib. quos adversus epistolam Parmeniani. Contra quod attulit Centurius a Donatistis libri III. hoc opus sic incipit: Dicis eo quod scriptum est in Salomone: Ab aqua aliena abstine te. Ad inquisitiones Ianuarii libri II. hoc opus sic incipit: Ad ea quae me interrogasti. De opere monachorum lib. I. hic liber sic incipit: Iussioni tuae sanctae, frater Aureli. De bono coniugali liber I. hoc opus sic incipit: Quoniam unusquisque homo humano generi par est. De sancta virginitate lib. I. Hoc opus sic incipit: De bono coniugali nuper edidimus librum. De genesi ad litteram libri XII. hoc opus sic incipit: Omnis divina Scriptura. Contra litteras Petiliani libri III. Hoc opus in libro I sic incipit: Nostis nos praevaluisse. In secundo autem sic incipit: Primis partibus epistolae Petiliani. In tertio autem sic: Lege Petiliane litteras tuas. Ad Cresconium grammaticum partis Donati libri IIII. hoc opus sic incipit: Quoniam ad te Cresconi mea scripta pervenire possent. Probationum & testimoniorum contra Donatistas lib. I. Hic liber sic incipit: Quoniam timetis consentire ecclesiae catholicae. Contra nescio quem Donatistarum liber I. hic liber sic incipit: Probationes rerum necessariarum quodam breviario collectas permisimus.

32. Admonitio Donatistarum de Maximianistis lib. I. Hic liber sic incipit: Quicumque calumniis hominum & cri-

minationibus movemini. De divinatione daemonum lib. I. Hic liber sic incipit: Quodam die in diebus sanctis octavarum. Quaestiones expositae contra paganos numero sex. hic liber post epistolam, quae postmodum a capite addita est, sic incipit: Movit quosdam & requiritur. Expositio epistolae Iacobi ad XII tribus. hic liber sic incipit: Quae sunt in dispersione salutem. De peccatorum meritis & remissione & de baptismo parvulorum ad Marcellinum libri II. hoc opus sic incipit: Quamvis in mediis & magnis curarum aestibus. De unico baptismo contra Petilianum ad Constantinum liber unus. hic liber sic incipit: Respondere adversa sentientibus. De Maximianistis & Donatistis liber unus. hic liber sic incipit: Multa iam diximus, multa iam scripsimus. De gratia novi testamenti ad Honoratum liber unus. hic liber sic incipit: Quinque mihi proposuisti tractandas quaestiones. De spiritu & littera ad Marcellinum liber unus. hic liber sic incipit: Lectis opusculis, quae ad te nuper elaboravi fili. De fide & operibus liber unus. hic liber sic incipit: Quibusdam videtur. Breviculus collationis cum Donatistis libri III. hoc opus sic incipit: Cum catholici episcopi & partis Donati. Post collationes contra Donatistas liber unus. hic liber sic incipit: Quid adhuc Donatistae seducimini. De videndo Deum liber unus. hic liber sic incipit: Memor debiti, illud autem sic rogavi & nunc commoneo. De natura & gratia liber unus. Hic liber sic incipit: Librum quem misistis. De civitate Dei libri XXII. hoc opus sic incipit: Gloriosissimam civitatem Dei. Ad Orosium presbyterum contra Priscillianistas & Origenistas liber I. hic liber sic incipit: Respondit quaerenti dilectissime fili. Orosii ad Hieronymum presbyterum libri II. unus de origine animae & alius de sententia Iacobi. hoc opus sic incipit: Deum nostrum qui nos vocavit. Ad Emeritum episcopum Donatistarum post collationem liber I. hic liber sic incipit: Si nunc fili Emerite. De gestis Pelagia liber. hic liber sic incipit: Postea quam in manus nostras. De correctione Donatistarum liber I. hic liber sic incipit: Laudo & gratulor & admiror. De praesentia Dei ad Dardanum liber I. hic liber sic incipit: Frater, frater dilectissime Dardane.

33. Contra Pelagium et Caelestium de gratia Christi & de peccato originali ad Albinum, Pinianum & Melaniam lib. II.

hoc opus sic incipit: Quantum de vestra & corporali & maxime spirituali salute gaudeamus. Gesta cum Emerito Donatista liber I. hic liber sic incipit: Gloriosissimo Honorio Augusto XII & Constantio. Contra sermonem Arrianorum. hic liber sic incipit: Eorum praecedenti disputationi hac disputatione respondeo. De nuptiis & concupiscentia ad Valerium libri 2. Primus sic incipit: Haeretici novi dilectissime fili Valeri. Secundus vero sic incipit: Sunt militiae tuae cura. Locutionum libri VII. hoc opus sic incipit: Cum Scripturas sanctas quas appellant canonicas. De anima & eius origine libri II. hoc opus sic incipit, id est liber ad Renatum: Sinceritatem tuam erga nos. Secundus vero ad Petrum sic incipit: Domino dilectissimo fratri & compresbytero Petro. Duorum vero novissimorum ad Vincentium, Victorem. Primus sic incipit: Quod mihi ad te scribendum putavi.

34. Ad Pullentium [*sic M.*] de adulterinis coniugiis libri II. Primus horum sic incipit: Prima quaestio est, frater dilectissime Pullenti. Secundus autem sic incipit: Ad ea quae mihi scripseras. Contra adversarium legis & prophetarum libri duo. hoc opus sic incipit: Libro, quem misistis fratres dilectissimi. Contra Gaudentium Donatistarum episcopum libri II. hoc opus sic incipit: Gaudentius Donatistarum Tamugaudensis episcopus. Contra mendacium liber I. Hic liber sic incipit: Multa mihi legenda misisti. Contra duas epistolas Pelagianorum libri IIII. hoc opus sic incipit: Noveram te quidem fama celeberrima praedicante. Contra Iulianum libri VI. hoc opus sic incipit: Contumelias tuas & verba maledicta Iuliane. Ad Laurentium de fide, spe & charitate liber I. hic liber sic incipit: Dici non potest, dilectissime fili Laurenti, quantum tua eruditione delecter. De cura pro mortuis gerenda ad Paulinum episcopum liber I. Hic liber sic incipit: Diu sanctitati tuae coepiscope Pauline.

35. De octo Dulcitii quaestionibus liber I. hic liber sic incipit: Quantum mihi videtur dilectissime fili Dulciti. Ad Valentinum & ad eos qui cum illo sunt monachos de gratia & libero arbitrio lib. I. hic liber sic incipit: Propter eos qui hominis liberum arbitrium. Ad quos super de correctione & gratia lib. I. hic liber sic incipit: Lectis litteris vestris, Valentine frater dilectissime.

T 36. Clementis urbis Romae episcopi recognitionum li-

bri X excepta epistola & prologo ad caput iunctis, quorum primus sic incipit: Ego Clemens in urbe Roma natus ex prima aetate pudicitiae studium gessi. Secundus autem sic incipit: Cum autem dies quae ad disputandum sermone statuta fuerat. Tertius vero sic incipit: Interea Petrus gallorum cantibus surgens. Quartus sic incipit: Profecti Caesarea ut Tripolim pergeremus. Quintus sic incipit: Sequenti autem die paulo citius quam solebat. Sextus sic incipit: Ubi vero rarescentibus tenebris. Septimus sic incipit: Egressi tandem etiam Tripoli Phoenices urbem primam. Octavus sic incipit: Postera autem die Petrus. Nonus autem sic incipit: Sequenti die Petrus una nobiscum. Decimus autem sic incipit: Mane autem exorto Clemens.

37. Expositio in apocalypsin Ioannis apostoli sancti Ambrosii episcopi, quae decem & octo libris continetnr. Quorum primus sic incipit: In lectione revelationis Ioannis apostoli fratres charissimi. Secundus sic incipit: Fratres charissimi, in candelabro, de quo, cum apocalypsis legeretur, audistis. Tertius sic incipit: Modo fratres charissimi audimus beatum Ioannem. Quartus sic incipit: Et vidi supra dexteram sedentis in throno librum. Quintus sic incipit: Sicut modo cum lectio divina legeretur, audistis. Sextus sic incipit: Et vidi alium angelum ascendentem ab ortu solis. Septimus sic incipit: Modo fratres charissimi cum apocalypsis legeretur, audivimus. Octavus sic incipit: Vox de caelo imperium est Dei qui cor tangit. Nonus sic incipit: Quod audivimus fratres charissimi in lectione quae recitata est. Decimus sic incipit: Modo autem audivimus, fratres charissimi. Undecimus sic incipit: In lectione quae modo recitata est fratres charissimi. Duodecimus sic incipit: In lectione Domini quae recitata est, fratres charissimi dixit S. Ioannes. Tertius decimus sic incipit: Sanctus Ioannes fratres charissimi dum de VII angelorum phialis & plagis. Decimus quartus sic incipit: Modo cum divina lectio legeretur, fratres charissimi, audivimus beatum Ioannem. Decimus quintus sic incipit: In lectione, quae recitata est, fratres charissimi, reges illos. Decimus sextus sic incipit: Quotiens Babyloniam nominavi, audistis fratres charissimi, nolite civitatem de lapidibus factam intelligere. Decimus septimus sic incipit: In lectione, quae recitata est fratres charissimi, beatus Ioannes evangelista sic

ait. Octodecimus sic incipit: Sicut modo audivimus fratres charissimi, angelus Domini locutus est ad beatum Ioannem dicens.

38. Incipit commentarium sancti Hieronymi de apocalypsi Ioannis apostoli; hic liber sic incipit: Ioannes, qui gratia Dei interpretatur, figuram Christi tenuit.

39. Incipit expositio Bedae Christi famuli super apocalypsi Ioannis apostoli libri 3. excepto prologo ad caput iuncto, quorum primus sic incipit: Apocalypsis Ioannis Christi discipuli, quam dedit illi Deus palam facere servis suis, fundata per apostolos ecclesia. Secundus sic incipit: Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei. Tertius sic incipit: Et vidi aliud signum in caelo magnum & mirabile.

39. Incipit tractatus de psalmo centesimo octavo decimo Ambrosii Mediolanensis episcopi, cuius prologus sic incipit: Licet mystica quoque velut tubae increpuerit sono. Liber vero sic incipit: Beati, inquit, immaculati &c. Beati qui scrutantur &c. quam pulcher ordo, quam plenus doctrinae. Incipit tractatus sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi in cantica canticorum libri 5. excepto prologo ad caput iuncto, quorum primus sic incipit: Osculetur me osculo oris sui, quoniam optima ubera. Secundus autem sic incipit: Vox consobrini mei, ecce hic advenit. Tertius sic incipit: En lectulum Salomonis luxuria fortes ambiunt. Quartus sic incipit: Exurge aquilo & veni auster. Quintus sic incipit: Pulchra es amica mea, suavis & decora. Incipit tractatus sancti Ambrosii de psalmo LXI. in quo infidelitatem & impietatem Maximi tyranni graviter redarguit, qui ausus est dominum suum Gratianum Imperatorem fraude & dolo perimere, quem Imperatorem in Domini tabernaculo habitare & in monte eius requiescere dicit: hic liber sic incipit: Omnium nostrum indubia consuetudo est. Episcopus Ambrosius Mediolanensis sorori suae Marcellinae de baculo liber I. hic liber sic incipit: Sollicitam sanctitatem tuam. Legatio Aquileiensis concilii ad Imperatores Gratianum, Valentianum & Theodosium; hic liber sic incipit: Imperatoribus clementissimis & christianissimis. Item Ambrosii ad eosdem: Imperatoribus clementissimis & principibus christianis. Item alia eiusdem concilii: Imperatoribus clementissimis. Item alia ad eosdem: Et hoc gloriae vestrae clementissimus princeps.

40. Legatio Ambrosii episcopi ad Valentinianum Impe-

ratorem. Ambrosius Valentiniano Imperatori. Item alia ad eumdem de contemnendo simulacrorum culturam: Cum omnes homines qui sub ditione Romana reguntur. Item ad eumdem Imperatorem relatio Symmachi praefecti Urbis, ut aram simulacris permittat restitui. Ubi primus Senatus amplissimus. Item Ambrosii ad Valentinianum Imperatorem & Symmachum praefectum Urbis. Beatissimo principi & christianissimo Imperatori Valentiniano Augusto Ambrosius episcopus. Epistola Ambrosii & aliorum episcoporum Italiae ad Theodosium Imperatorem. Beatissimo Imperatori & clementissimo principi Ambrosius &c. Item alia ab eisdem episcopis ad eumdem Imperatorem: Beatissimo Imperatori & clementissimo principi Theodosio Ambrosius & caeteri episcopi Italiae. De humanitate & religione Valentiniani iunioris. Ambrosius Theodosio Imperatori. Silentium meum rupit. Ubi se excusat iure Maximi tyranni declinasse praesentiam. Ambrosius Theodosio Imperatori. Epistola Ambrosii ad Eugenium Imperatorem. Clementissimo Imperatori Eugenio Ambrosius episcopus. Incipit liber sancti Ambrosii de obitu Theodosii Imperatoris: Hoc nobis motus gravis. Incipit sancti Ambrosii episcopi de excessu fratris libri 2, quorum primus sic incipit: Deduximus fratres dilectissimi hostiam meam. Incipit secundus de eadem re: In die octavo superiore libello aliquid indulsimus desiderio. Ambrosius episcopus clericis: Plerumque humanis obrepsit mentibus. Ambrosius episcopus Irenaeo. Quaeris a me, cur Dominus Deus manna pluerit.

41. Sex libri Augustini episcopi catholici in libros Iuliani haeretici Pelagianae haeresis excepta epistola ad caput adiuncta. hoc opus sic incipit: Contumelias tuas & verba maledica Iuliane.

Augustini adversus libros Parmeniani Donatistae libri 3. hoc opus sic incipit: Multa quidem & alias adversus Donatistas. Item Augustinus de bono coniugali. hic liber sic incipit In coniugali quippe vinculo hoc de libro retractationum. De spiritu & littera ad Marcellinum sancti Augustini prologus, ad quem scripserat tres libros. Liber sancti Augustini ad Marcellinum de spiritu & littera: hic liber sic incipit: Lectis opusculis, quae nuper elaboravi: Sermo sancti Augustini de praesentia Dei ad Dardanum: hic liber sic incipit: Fateor me fili Dardane. Item sermo sancti Augustini de virginitate, hic liber sic incipit: Quantam in caelestibus beatitudinem virgi-

nitas sancta possideat. Incipit liber Augustini de vera religione. hic liber sic incipit: Cum omnis vitae bonae ac beatae.

Γ 42. 43. Libri 3 sancti Augustini de verbo Domini in evangelistas tres idest Matthaeus Lucas & Ioannes, quod opus in duobus voluminibus scriptum habemus. Non dico, quod de uno libro divisio facta fuit in duo volumina, sed quia eumdem bis scriptum habemus. Scripseramus quidem eum pridem, sed non tam luculenter ut postea, quorum primus sic incipit: Evangelistam audivimus & in eo Dominum eos arguentem.

Γ 44. De consensu evangelistarum libri IIII. hoc opus sic incipit: Inter omnes divinas authoritates quae sacris litteris continentur.

Τ 45. Liber etymologiarum Isidori Spalensis episcopi.

Γ 46. Libri 10 Livii ab Urbe condita, sed capita XL adhuc desunt Pomposiano abbati, quae reperire avide anhelat.

Γ 47. Liber proemiorum de libris novi & veteris testamenti. Item liber sancti Isidori de vita, ortu & obitu sanctorum patrum, qui in scripturarum laudibus referuntur; hic liber sic incipit: Incipiunt nomina . . . . . Sanctorum patrum veteris testamenti mystice exposita a sancto Isidoro Spalensi episcopo. hic liber sic incipit: Adam figuram Christi gestavit. Item nomina sanctorum de novo testamento: hoc opus sic incipit: Quatuor. Chronica sancti Isidori Spalensis episcopi, describens historiarum breviarium ab exordio mundi usque ad Heraclii tempus liber. Liber differentiarum Isidori Spalensis episcopi, hic liber sic incipit . . . . . Item de distinctionibus quatuor vitiorum: hic liber sic incipit: Contra haec tam 4 virtutum genera. Item secundus de differentiis verborum. hic liber sic incipit: Isidorus lectori salutem. Plerique veterum sermonum differentias distinguere studuerunt. Sermo Isidori contra Arrianos: qui sic incipit: Veni domine Iesu Christe redemptor noster.

48. Sermo sancti Ioannis Os aurei de psalmo L. & poenitentia David, qui sic incipit: Ad caenae vos reliquias vocamus. · Epistola eiusdem ad eos qui dicunt, quare non de medio sublatus est diabolus. hic liber sic incipit: Rursum vobis mensam quam pridem promisi. In nomine sanctae & individuae trinitatis incipiunt acta sancti Methodii episcopi Paterensis de regnis regum gentium & de novissimis temporibus certa demonstratio christiana.

49. 50. Duo libri Aug. de genesi contra Manichaeos: hoc T opus sic incipit: Si eligerent Manichaei quos deciperent.

51. 52. Item duo libri sancti Augustini ad Simplicianum, hoc opus sic incipit: Gratiosissimam plane atque suavissimam interrogationum tuarum dignationem. Item Augustinus ad Dulcitium de octo quaestionibus: hoc opus sic incipit: Quoniam mihi videtur fili dilectissime Dulciti.

53. Incipit expositio super cantica canticorum Apponii: hic liber sic incipit: Admirantibus vocem spiritus sancti.

54. Decreta pontificum . . . . . primi Clementis papae T ad Damasum.

55. Item Augustini libri 15 de civitate Dei, X in volu- Γ mine uno 56. & V in alio.

57. Historiarum antiquarum XLIV lib. Trogi Pompeii. T

58. Expositio in evangelium Matthaei edita nescio a quo Γ authore cum prologo ad caput iuncto: hic liber sic incipit: Cum diligenti studio ac cum sollicita diversis testimoniis prophetarum, Evangelistarum numerum volumus approbare. Hoc autem opus tendit usque ad evangelium quo ait: Tunc oblati sunt ei parvuli ut manus eis imponeret & oraret: & dividitur expositio libri in LXXVI capitula.

Memento prudens lector, quia solerti cura strenuissimi abbatis Hieronymi superius dicti omnes pene supra commemoratos libros diligenti sibi exercitio iam scribere fecit.

* * * * * * * * *

Montfaucon. Diarium Italicum. 1702. p. 81-95.

71. Monasterium S. Martini supra Montem Pannoniae = Pannonholma. 1093.

* * * * beatissimus rex Stephanus * * * et ego rex Ladizlaus monasterium sancti Martini supra Montem Pannoniae situm prout regia vis concessit, multis condonavimus opibus. * 1-6. missales. — 7. I bibliotheca. — 8-11. IIII nocturnales. — 12-15. IIII antiphonaria. — 16-19. IIII gradualia. — 20. 21. sequentionales cum trophis. — 22-25. IIII babtisteria. — 26-28. III collectarii. — 29-32. IIII ymnarii. — 33-34. II regulae. — 35. unus super regulam. — 36. 37. II leccionarii. — 38. I breviarius. — 39-42. III omeliae. — 43. 44. II libri sermonum. — 45. I col-

lationes. — 46. 47. II passionales. — 48. liber sententiarum. — 49. actus apostolorum. — 50. liber Prosperi de activa et contemplativa vita et Ysidorum. — 51. ordo. — 52. Amalarius. — 53. pastoralis. — 54. dialogorum. — 55. epistolae Pauli. — 56. moralia Iob. — 57. scintillarium. — 58. interrogatio Petri. — 59. invectivae Ciceronis. — 60. Lucanus. — 61. 62. II Donati. — 63. genesis Sedulii. — 64-66. III Catones. — 67. Paschasius. — 68. vita sancti Martini. — 69. vita patrum. — 70. psalterium Gallicanum. — 71. Ebraycum. — 72. Graecum. — 73. sermo sancti Augustini stb. [?]

Monumenta Hungariae historica. Diplom. 6 (1860) 39-41. e cod. dipl. Hung. I 483.

72. Lindesfarne. 1095.

LIBRI DICTI WILLIELMI EPISCOPI.

Habet eciam ecclesia ex dono dicti Willielmi episcopi primi unum [*sic*] bibliam in duobus voluminibus et plures alios libros, ut scribitur in principio secundae partis bibliae eiusdem sub hac forma:

Ista sunt nomina librorum quos dominus Willielmus episcopus sancto Cuthberto dedit.

1. 2*. bibliotheca, id est vetus et novum testamentum in duobus libris. — 3-5*. tres libri Augustini super psalterium. — 6*. I de civitate Dei. — 7*. I epistolarium eiusdem. — 8*. I super evangelium Iohannis. — 9*. Ieronimus super XII prophetas — 10*. epistolae eiusdem. — 11*. idem de Ebreis nominibus. — 12. 13. moralia Gregorii in duobus partibus. — 14. liber pastoralis. — 15. 16. II. registri. — 17. XL omeliae. — 18. Beda super Marcum et Lucam. — 19*. Rabbanus super Matthaeum. — 20. 21*. II libri sermonum et omeliarum. — 22. decreta pontificum. — 23. historiae Pompeii Trogi. — 24. Prosper de contemplativa et activa vita. — 25*. Origenes super vetus testamentum. — 26. Iulius Pomerius. — 27. Tertullianus. — 28. Sidonius Sollius panigericus. — 29. 30. breviaria II. — 31. 32. II antiphonaria. — 33. I gradale. — 34. 35. II libri in quibus ad matutinas legitur. — 36. vitas patrum. — 37. vita Aegyptiorum monachorum. — 38. diadema

*) Libri asterisco notati adhuc extant.

monachi. — 39. encheridion Augustini. — 40*. Gregorius super Ezechielem. — 41. Beda super cantica canticorum. — 42*. dialogus. — 43*. paradisus. — 44*. hystoria Anglorum. — 45*. Ambrosius de Iosepho. — 46. de poenitentia. — 47. de morte fratris. — 48*. libri confessionum sancti Augustini. — 49-51. III missalia. — 52*. martyrologium et regula.

Catalogi veteres librorum ecclesiae cathedralis Dunelm. (Surtees Society N. 7.) p. 117-18. Wills and Inventories 1835. p. 1 cf. Merzdorf in Serapei XII 115.

73. Monasterium Weihenstephenense = Weihenstephan. saec. XI.

Haec est noticia librorum catholicorum ecclesiae S. Stephani | inprimis qui pertinent ad divinum servitium. |

1. unus missalis cum gradali et sequencionario | ad capellam abbatis. 2. 3. Duo missales cum grad | et seq̄. et epistolis ac evangeliis adscriptis. 4. Item unus | missalis. 5-8. Quattuor lectionarii quorum duo | sunt cum gradal & seq̄. 9. unus officialis, 10. unus epistolaris, 11. unum evang. 12. duo | nocturnales absque cantu unus ab adventu dnī | usque ad exitum penteō. alius abhinc usque ad ad|ventum dnī. 13. Item nocturnalis cum psalterio | & ymnario et officiali. 14. Item dimidius nocturn | a nat. S. Ioh. usque in fine [. . em . . . opas hic furatus] | 15. 16. Duo antiphonaria cum ymnario. [tr . . . ē ca . . . . icus vilis] | 17. 18. Duo psalteria in choro cum gradali seq̄ & ymnario | 19. Unus ymnarius. 20. unum gradale ad scolas. 21. unum baptister.

alii libri a fratribus in capitolio & ad mensam & ad colla- | [*sic*] legendi. 22. Collationes patrum diversorum in uno volumine | 23-26. Quattuor partes moralium. 27. unum passionarium & 28. unum e | ectarium diversorum sanctorum. 29-31. Tres libri Augustini. 32. 33. Duo hei | Omel quā abbas Hagano [† 1080] incepit sed non perfecit. | at dnī et finitum in ascensione dnī. 24. Decem quaterniones omeliae | vita S. Martini & S. Galli & S. Magni & S. Iohannis elemone epī | nedicti. 25. Ysidorus de summo bono. 26. Martinus de honesta | ralis cura cum omeliis. 27. quadraginta omeliae & sermones | . . ta S. Mariae. 28. Heimo super cantica. 29. translatio S. Dionisii | . . 30. Item alius liber de nominum

interpretatione. Hieronimi | 31. vita S. Gereonis & passio XI milia virginum. 32. libellus | ius.

33. . . . . partibus orationis. 34. Dialectica Aristotelis cum commento | 35-39. v'. arithmetica. 40. geometria. 41. Item geometria cum | . . . . ias. 42. 43. musicae duae Enchiriadis. 44. Yginus super spera | 45. iis philologiae & Mercurii cum commento. 46. Ovidius meta | 47. et Ingurthinus. 48. libellus super abacum. 49. Fabularius. 50. lib|ius Plinii et Serenus medicinalis versifict. 51. Euticius de | 52. Arator. 53. Alcimus. 54. 55. Duo Persii. 56. Beda compotista | cā. 57. mappa mundi. 58. chronica Iordanis.

Armarium Scī Stephani: 59. Damianus de Symoniacis | 60. exander. 61. Apollonius. 62. Dareta. 63. Maximianus | cella clavicule mechanica. 64. 65. Duo medicinalia | 66. . . . alem librum cum psalterio et 67. vitam S. Osuualdi.

Schmeller in Serapei II p. 247-48. e folio ultimo cod. Mon. 21521 [Weihenst. 21]. Pez. thesaur. anecd. I p. XXIV. Ziegelbauer hist. rei lit. ordinis S. Benedicti I 541.

74. Coenobium Blavibornense = Blaubeuern. 1085-1101.

* * * * Postulatus igitur per eosdem a sancto Guilielmo Hirsaugiense tunc abbate atque datus et institutus fuit primus huius monasterii abbas Azelmus [Azelinus *Hesse*] adiunctis quibusdam fratribus * * * * * * Cuius rei argumentum ex librorum ab Hirsaugia advectione multorumque mox apud Burron exscriptione eorundemque sedula ex fidelium donariis collectione perpendere possumus. Quorum complures hodierna extant superstitesque sunt luce, quos a perditis in annalium meorumque ultimo et veraci exemplario rubro supernotabo asterisco. Quosdam vero secum attulisse eum libros invenio praesertim consuetudinarios officiorum divinorum et epitomata sive breviaria in quibus priscorum patrum mira ceremoniarum genera visuntur tradita. Atque dein mox apud Burren Azelmus abbas sequentes exscribi curavit 1. 2. libros missales videlicet duos libros cum universis ad missam necessariis. 3. 4. duos item alios. 5. collectarium unum. 6. lectionarium alterum de sanctis contenuans [continuante *Hesse*]. 7. 8. duos graduales. 9-11. sequentionaria tria ac 12, matutinalem librum cum antiphonario. 13. item alterum antiphonarium.

14. 15. officialia duo. 16. 17. bibliothecam in duobus voluminibus (quod ego bibliorum libros intelligo). 18. duas homilias divi Gregorii 19. expositionem in Ezechielem prophetam atque eiusdem 20. primam et 21. tertiam moralium partes. 22. Augustinum de vita christiana. 23. eiusdem quoque epistolas de libero arbitrio et praedestinatione gratiae 24. librum prognosticorum, 25. Isidorum sententiarum moralium secundam partem. 26. Paterium 27. Augustini retractationum librum 28. eundem de libero arbitrio. 29. Isidorum etimologiarum scintillarum librum. 30. Pascasium, 31. Cassianum, 32. Effram, 33. apostolorum passiones 34. dialogum 35. 36. planaria duo 37. evangeliarium deauratum 38-41. hymnonales libros quatuor 42. missales libros 43. 44. item duos cum universis ad missam necessariis. 45. benedictionum librum. 46. omiliam antiquam. 47. Augustini librum consuetudinarium vel consuetudinum. 48. pastoralem curam. 49. Augustini expositionem super psalterium a 77 psalm. usque ad 101. 50-53. quatuor psalteria ad chorum pertinentia. Praefatorum annotatur librorum in callo adiunxit: 'maledictus qui ullum ex iis librum abstulerit nisi condigno praetio restituerit eum qnem abstulit'. Neque exarandis libris bonus contentus Azelmus, verum a diversis Christi fidelibus dono dantibus libros coacervare et augmentare studuit. Isti quippe sunt codices sequentes, quos santo Ioanni baptistae diversi largitores tunc contulerunt. 54. 55. dialectica duo apostoli glossati et 56. 57. continuae glossae eiusdem sententiae divinae geminae. 58. 59. decretorum duo libri 60. Mattheus et continuae eius glossae. 61. Ioannes. 62. Hieremias propheta, 63. canonicae, 64. Boetii consolationum liber. 65. Salustius glossatus 66. Prudentii hymni. 67. eiusdem psychomachia. 68. Tullius de amicitia 69. idem de senectute. 70. 71. Prosperi duo libri. 72. Sedulius, Cato, Avianus. 73. Albaricus glossae apocalypsis. 74. Troiana historia. 75. maior Donatus. 76. Prisciani excerpta. 77. introductiones dialecticae excerpta. 78. breviarium Ioannis de S Paulo. 79. cantica canticorum glossata. 80. psalterii glossae. 81. pars glossarum Vergilii. 82. Nucer [Macer *corr. Hesse*] de herbis. 83. pars psichomachiae Prudentii 84. Statii Achilleidos 85. glossarius alphabetarius. 86. Arator 87. regulae declinationum et versuum. 88. Macrobius ovis in lino [?]. Hii vero sequentes sunt libri quos frater Hugo divo baptistae

Ioanni contulit, cum et se ibidem monachum induit. 89. Priscianus in constructionibus 90. Boetii consol. lib. 91. Salustius cum suis glossis. 92. 93. Statii Thebeidos in duabus partibus. 94. eiusdem Achilleidos et glossae in eundem. 95. Tullius de senectute idemque de amicitia. 96. Ovidius fastorum et notulae eiusdem. 97. atque idem in epistolis 98. idem de Ponto 99. idemque sine titulo. 100. pariter de amore atque de amoris remediis. 101. psichomachiae Prudentii et glossae eiusdem. 102. Sedulius de glossis. 103. Homerus, 104. Avianus, 105. Cato, 106. Aesopus, 107. Dares, 108. Theodolus, 109. Prisciani excerpta. 110. regulae eiusdem sententiae philosophiae maiores et minores. 111. 12. sententiae divinae geminae. 113. derivationes. 114. Donatus. 115. exemplare super versus auctorum. 116. initia regulae declinationum. 117. regulae computi. 118. regulae abaci. 119. epistolarium. 120. medicinae libellus. 121. introductiones dialecticae. 121. proverbia sapientum. 122. glossae apocalypseos. 123. bucolica. 124. glossa Theodoriti. 125. pars glossarum [glossarii?] magni. Summum igitur studium Azelmo fuit abbati archiva farcire libris. Nam et alibi sequentes in sancti Ioannis baptistae bibliotheca legitur habuisse 126. 27. codices sive bibliothecam duobus in voluminibus. 128. bibliorum libros. 129. 30. omilias duas et 131. antiquam omiliam. 132. primam partem 133. secundam 134. tertiam 135. et quintam moralem 136. atque expositionem Gregorii in Ezechielem. 137. dialogum quoque Gregorii. 138. Paterium integrum 139. et partem quartam de Paterio. 140. Augustinum de christiana vita. 141. eundem de libero arbitrio atque de gratia et praedestinatione. 142. Augustini retractationes. 143. eius enchiridion pariter ac locutiones et quaestiones 144. simul Augustinum parvum super genesim ad literam. 145. librum prognosticorum. 146. Isidorum sententiarum atque 147. eundem ethimologiarum. 148. pariformiter et testimoniorum scintillarum liber. 149. Pascasium 150. Effram 151. pastoralem. 152. Augustini expositionem super psalterium a 77 usque 101. 153. omilias Augustini de sermone Dñī in monte 'videns Iesus'. 154. consuetudinum librum. 155. sermonarium antiquum. 156. omiliarium antiquum per anni circulum. 157. glossarum librum de omni quod vidit sentit atque discernit. 158. atque alium glossarium. 159. volumen in quo continentur excerpta S. Gregorii Au-

gustini et Hieronymi orationes ab Anshelmo Cantuariensi episcopo editas. 160. synonima Isidori. 161. ordinem Romanorum pontificum et decreta. 162. apostolorum passiones. 163-70. Schmaragdum in octo. . . . . 171. 72. volumina duo in sanctorum passionibus. 173. librum de sanctorum confessorum vita. 174. sancti Brandiani vitam. 175. librum sententiarum illustrium virorum. 176. Aratorem. 177. Boetium. 178 Prudentium in hymnis. 179. Macrobium. Sedulium insuper et alios auctores minores. 180. glossam super psalterium. 181. glossam super Paulum ex aliqua parte. 182. 83. duos de sanctorum patrum vita libros. 184. Salustium 185. Elbericum calculatorium artis. Sanctigallensem monachum. 186. Augustinum supra XV gradus psalmorum. 187. vitam S. Ioannis Eleymonis ac Oswaldi regis vitam et Caroli regis gesta, quae in uno continentur volumine. 188. lucidarium librum. 189. Orosium Paulum historiographum summo studio scriptum et notatum, adhuc superstitem. * * * * *

Epistola fratris Christiani Tubingii ad Gregorium Blavibornensium abbatem a. 1521 data in Sattler Geschichte des Herzogthums Würtemberg unter der Regierung der Graven ed. II pars 4 (Tübingen 1777) p. 294-97. Hesse in Serapei XVIII, 60-62, qui priori editione (Ulm 1768) vol. V p. 352-54 utitur.

75. Monasterium Petershusense = Petershausen. 1086-1116.

[Abbas Theodericus] bibliothecam nobiliter augmentatam reliquit. nam libros, quos acquisivit, ipse subnotari praecepit. 1-5. Missales libri V, quorum duo cum gradualibus, tres autem de sanctis et pro necessitatibus continentes. — 6. liber evangeliorum unus, argento et osse decoratus. — 7. 8. libri lectionum duo. — 9. officialis unus. — 10. benedictionale unum. — 11. graduale unum. — 12. antiphonarium unum. — 13. breviarium operis dei. — 14. liber consuetudinum. — 15. Gregorius super Ezechielem. — 16. tertia pars moralium. — 17. et quinta ex parte — 18. et sexta ex integro. — 19. dialogus unus. — 20. Augustinus super Iohannem. — 21. Augustinus de consensu evangelistarum. — 22. Augustinus super primam partem psalmorum. — 23. Augustinus super epistolam Iohannis. — 24. Augustinus de opere monachorum. de bono coniugali. de virginitate. de viduitate. de orando deo. de

agone christiano in uno volumine. — 25. item enchiridion Augustini. — 26. flores Augustini. — 27. Augustinus de fide. 28. Augustinus super XV gradus. — 29. Orienis [*sic GB.*] super vetus testamentum. — 30. regula s. Benedicti. — 31. pentateucum. actus apostolorum. exameron Ambrosii. — 32. vita s. Odalrici. — 33. 34. matutinales libri duo. — 35. omeliarum liber hiemalis. Hos abbas Theodericus libros conscribi fecit, quorum aliqui iam venundati sunt, maior vero pars adhuc manet.

Chronicon monasterii Petershusen. Mone, Quellensammlung der badischen Landesgeschichte I 151.

76. Ecclesia S. Maximini Treverensis = Trier.

saec. XI vel XII.

LIBRI DE ARMARIO SANCTI MAXIMINI.

1. 2. bibliothece due maiores perfecte. — 3. item alia minor, in qua vetus tantum testamentum cum epistolis Pauli. — 4. textus evangelii unus auro scriptus. — 5-9. item alii quinque.

Augustiniani libri.

10. Augustinus de civitate Dei. — 11. eiusdem super Iohannem. — 12. 13. Aug. super 'beatus vir' duo volumina. — 14. super 'quid gloriaris' I. — 15. Aug. super cant. graduum. — 16. quaestiones eiusdem veteris et novi testamenti. — 17. Aug. qui vocatur speculum. — 18. 19. enchiridion Augustini duo. — 20. 21. Augustini retractationum II. — 22. eiusdem de confessione. — 23. Aug. de magistro et de beata vita et unde malum et de libero arbitrio et de vera religione et de presencia Dei ad Dardanum in uno volumine. — 24. Aug. de natura et origine animae. — 25. item Aug. idem et ad Paulinum de cura pro mortuis agenda. — 26. Augustinus ad Pollentium de adulterinis coniugiis. item de continencia in uno volumine. — 27. Aug. ad Armarium et Paulinum. — 28. Aug. de opere monachorum. — 29. musica Aug. — 30. Aug. de sermone Domini in monte et de blasphemia spiritus sancti in uno volumine. — 31. 32. item libri duo de caritate. — 33. Aug. de decem cordis, de bono coniugii [coniugali *Schoemann*]. — 34. Aug. de concordia quatuor evangelistarum. — 35. Aug. in genesim ad literam. — 36. Aug. super que-

dam capitula epistole ad Romanos. — 37. 38. Aug. libri duo contra Iulianum apostatam. — 39. Aug. de baptismo [baptismate *Schoemann*] parvulorum. — 40. Aug. de baptismo imperfectus [baptismate imperfecto *Schoemann*]. 41. Augustinus de karitate scotice, in quo habetur passio VII dormientium. — 42. Aug. de moribus ecclesie, in quo habentur libri eiusdem de fide et operibus de mendacio et epistole ad Nebridium et ad alios. — 43. septem [item *Kraus*] omeliae Cesarii, in quo Augustinus de karitate. — 44. item [Augustinus *Schoemann*] enchiridion, in quo habentur LXXX [LXXI *Schoemann*] questiones eiusdem de fide [catholica *hoc loco addit Kraus, Schoemannus in fine superioris versus ad* karitate *ponit*]. — 45. dialectica Aug. cum ysagogis Porphirii. — 46. Aug. soliloquiorum et de duabus animabus et de . . . . — 47. frater Theodericus beato Maximino Augustinum contra Parmenianum hereticum. [Augustinum et Parmenianum contra hereticum *Schoemann*]. — 48. frater Fridericus beato Maximino psalterium glossatum. — 49. historiam scolasticam sancto Maximino fratres ipsius ecclesie.

Ieronimiani libri.

50. Ieronimus super Isaiam imperfectus. — 51. item super psalterium imperfectus. — 52. 53. Ieronimus in Mattheum II. — 54. Ieronimus in Danielem [imperfectus *addit Schoemann*]. — 55. Ieronimus super XII prophetas. — 56. Ieron. super epistolas Pauli ad Galathas et ad Ephesios [in uno volumine *addit Schoem.*]. — 57. item eiusdem de eodem liber I (*alia manu*). — 58. item super epistolas ad Titum et ad Hebreos. — 59. liber epistolarum Ieron. — 60. item [Ieronimus *Schoem.*] libellus de quinque quaestionibus ad Marcellam. — 61. Ieronimi cronica. — 62. omelie Origenis in genesim. — 63. Origenis libellus quid sit opus pontificis. — 64. frater [*om. Schoem.*] Theodericus sancto Maximino Ieronimum Hebraicarum questionum. — 65. Ieronimus contra Iovinianum. — 66. Ieron. in ecclesiasticum [ecclesiasten *Schoem.*], item et in Didimum de processu sancti spiritus et contra Elvidium de virginitate sancte Marie.

Ambrosiani libri.

67. Ambrosius in Lucam. — 68. Ambrosius super psalmum LXVIII. — 69. exame[ro]n sancti Ambrosii. — 70. Ambrosius super epistolas Pauli [67-70 *om. Schoem.*].

Gregoriani libri.

71. liber sci. Greg. de pastorali cura. — 72. moralia Gregorii — 73. Greg. in Hezechilielem [*sic*]. — 74. dialogus Gregorii. — 75. vita sci. Gregorii. — 76. Greg. in cantica canticorum. — 77. Paterius de moralibus sci. Gregorii. — 78. libellus in quo XXX^{us} liber moralium Iob continetur.

Bedani libri.

79-81. de temporibus tres. — 82. 83. item libelli duo de Sodom [eodem *Schoem.*]. — 84. 85. de tabernaculo duo. — 86. Bede omelie. — 87. Beda in Marcum [*h. l. om. Krans*]. 88. Beda in apocalipsim. — 89. Beda in parabolas Salomonis. — 90. Beda in Lucam — Beda in Marcum [*h. l. om. Schoem.*]. — 91. Beda in Danielem et in actus apostolorum. — 92. Beda de gestis Anglorum. — 93. Isidorus in quinque libros Moysi. — 94. Isidorus aethimologiarum. — 95. et unus scottice scriptus. — 96. Ioannes Crisostomus de compunctione. — 97. item omelie eiusdem. — 98. item de reparatione lapsi, in quo Augustinus de caritate. — 99. Haimo super Ysaiam. — 100. item in cantica canticorum. — 101. item liber omeliarum eius. — 102. historia Romana cum tripartita historia in uno volumine. — 103. liber actus apostolorum, in quo habetur textus evangelii cum epistolis Pauli. — 104. regule sanctorum patrum. — 105. apollogeticus Gregorii Nazianzeni. 106. Claudianus de statu animae. — 107. Smaragdus super partem psalterii. — 108. expositio sanctorum patrum in brevit. — 109. Orosius. — 110. diadema monachorum Smaragdi. — 111. enchiridion Sixti. — 112. Eucherius de formulis. — 113. gesta pontificum Romanorum. — 114. 15. libri Effrem duo. — 116. liber scintillarum. — 117. liber sententiarum Tagii. — 118. ordo ecclesiasticus. — 119. liber de officiis ecclesiasticis. — 120. ordo Romanus. — 121. liber Alitgarii de penitentia. — 122-26. libri canonum, duo maiores et tres minores. — 127. gesta Francorum. — 128. gesta Karoli et eius successorum. — 129. gesta Getarum [Optarum *Schoem.*]. — 130. cronica ex diversis collecta. — 131. libellus glosarum Ieronimi. — 132. 33. libri duo de legibus Karoli et aliorum imperatorum. — 134. Rabbanus de ecclesia catholica. — 135. Cassianus de vita patrum. — 136. vita patrum et passio scae Margaritae in uno volumine. — 137. vita Antonii et Hilarionis et Greg. in cantica canticorum cum quibusdam questionibus

in epistolas Pauli in uno volumine. — 138. liber Theutonicus. — 139. commentum ysagogarum. — 140. Fortunacianus de rhetorica cum dialectica Augustini. — 141. Amalarius de officiis. — 142. regula solitariorum. — 143. Reginaldus super Mattheum. — 144. glose super regulam sci. Benedicti. — 145. psalterium glosatum. — 146. libellus expositionis in libros Machabaeorum. — 147. Eugippus excerptus ex libris sancti Augustini. — 148. Athanasius de sancta trinitate. — 149. liber Filiastri episcopi de omnibus heresibus, in quo Ambrosius de Ioseph, et de benedictionibus prophetarum [patriarcharum *Schoem.*] et expositio psalmorum a 'beatus vir qui timet Dominum' usque 'beati immaculati' in uno volumine. — 150. Alcuinus super Iohannem ab eo loco ubi ait [est *Schoem.*] 'ante diem sextum [festum *Schoem.*] pasce' usque in finem totius evangelii. — 151. expositio psalterii scottice conscripta.

F. X. Kraus in Serapei XXX (1869) p. 114-116 e primo folio codicis sancti Gregorii in Iob, quem Schoemannus olim bibliothecarius Treverensis possedit. Correxi passim ex apographo Schoemanni, quod Lamprecht, in hac universitate historiam docens, descripsit et mihi commodavit. Multo ante ex apographo Alexandri Wiltheimii Reiffenberg vulgaverat in Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire tom. 5 (Bruxelles 1842) 39 sq.

77. Monasterium S. Bertini = St. Bertin. saec. XII.

Brevis annotatio librorum sancti Bertini.

1. Augustini liber super Ioannem. — 2. 3. Augustini liber de cena Domini et decem cordis. II vol. — 4. Augustini liber super psalm. 'beatus vir.' — 5. Augustini liber super psalm. 'quemadmodum'. — 6. Augustini liber super psalm. 'Domine exaudi'. — 7. Augustini liber super psalm. 'beati immaculati'. — 8. Augustini liber super psalm. 'ad Dominum cum'. — 9. Augustini liber de prescientia Dei. — 10. Augustini liber de civitate Dei. — 11. 12. Augustini liber de sancta trinitate cum aliis libris eiusdem. II vol. — 13. Augustini liber de libero arbitrio. — 14. Augustini liber de verbis apostoli. — 15. Augustini liber de concordia evangelii. — 16. Augustini liber epistolarum. — 17. Augustini liber

contra Donatistas et Crescentium. — 18. Augustini liber scintillarum cum quibusdam sermonibus super apocalypsim. — 19. Augustini liber epithalamium. — 20. Augustini liber de baptismo. — 21. Augustini liber enchiridion. — 22. Augustini liber de duabus animabus. — 23. Augustini liber soliloquiorum. — 24. Augustini liber de disciplina Christianorum. — 25. Augustini liber confessionum et diversarum haeresum. — 26. Augustini liber retractationum. — 27. Augustini liber LXX questionum. — 28. Augustini liber exameron. — 29. Ambrosius super Lucam. — 30. Ambrosius de poenitentia et patriarchis. — 31. Ambrosius de figuris mysticis. — 32. Ambrosii liber exameron. — 33. Ambrosii liber in apocalypsim. — 34. Adelmi liber de laude virginitatis. — 35. 36. Adelmi liber metrice cum Prosperos [*sic*] bis. — 37. Adelmi liber de metrica arte. — 38. Alquini liber super psalterium. — 39. Alquini liber de virtutibus. — 40. Alquini de trinitate. — 41. Almarii liber de divinis officiis. — 42. Appodii liber in cantica canticorum. — 43-46. Aratoris libri IIII.

47. Bede liber collectaneus. — 48. Bede liber de temporibus. — 49. Bede liber de tabernaculo. — 50. Bede liber super actus apostolorum. — 51. Bede liber super Lucam. — 52. Bede liber super evangelium. — 53. Bede liber super genesim. — 54. Bede liber de grammatica. — 55. Basilii liber exameron. — 56. Basilii liber de bono ieiunii. — 57. Boetii liber de trinitate. — 58. Boetii liber de consolatione philosophiae. — 59. Boetii liber de dialectica et musica. — 60. Boetius de arithmetica et musica. — 61. Boetius de geometria et astronomia. — 62. Boetii liber in topica Ciceronis.

63. Cassiodorus de anima. — 64. Cassiodorus super psalmum: 'quid gloriaris'. — 65. Cassiodorum de septem artibus. — 66. Claudii liber super Matheum. — 67. collationes patrum. — 68. Calcid. super Platonem. — 69. commentum evangeliorum. — 70. commentum super Donatum. — 71-74. canonum libri IIII. — 75. commentum super Horatium. — 76. consuetudinum L. Romanorum. — 77. commentum super Porphirium.

78. diadema monachorum. — 79. dictum Iustiniani. — 80. 81. Donati libri grammatici II.

82. 83. Eugyppi libri de questionibus S. Augustini II.

— 84. Eucherii L. epitoma Roberti regis. — 85. excerptiones ex libris eiusdem. — 86. explanatio in prologis Hieronimi. — 87. expositio in Isaiam. — 88. editio prima Remigii super Donatum. — 89. epistolae D. Pauli.

90. Fulgentii liber in genesim. — 91. Fulgentii liber epistolarum. — 92. Fortunati liber metrice. — 93. fabula et excidium Troiae.

94. Greporii XL omeliarum. — 95. Gregorius super Iob. — 96. Gregorius super Iezechiel. — 97. Gregorius dialogorum. — 98. Gregorius pastoralis curae. — 99. Gregorius de conflictu vitiorum. — 100. regum registrum. — 101. glossarius unus magnus. — 102-5. glossarii minores quatuor. — 106. gesta Salvatoris. — 107. gesta Francorum. — 108. gesta Longobardorum. — 109. gesta Anglorum. — 110. gesta Romanorum pontificum. — 111. glossae in editione secunda Donati.

112. Hieronimus super Matheum. — 113. Hieronymus super Isaiam. — 114. Hieronymus super minores quinque prophetas. — 115. Hieronimus super Hiezechiel. — 116. Hieronimus super Daniel. — 117. Hieronimus epistolarum cum dialogo eiusdem. — 118. Hieronimus tractatus de prophetis et de LXX mansionibus filiorum Israel. — 119. Hieronimus in Oseam. — 120. Hieronimus super psalterium. — 121. historia tripartita. — 122. Hanno super epistolas Pauli. — 123. Hanno super epistolas et evangelia. — 125. Hilarius contra hereticos.

125. Ioanni Chrisostomi liber sermonum. — 126. Ioannis Chrisostomi de reparatione lapsi. — 127. Iosephi historia. — 128. Iuliani pronostica. — 129-31. Iuvenalis libri satyrarum III. — 132-34. Iuvenci libri III.

135. Kalende liber cronica Bede.

136. legis Salicae liber. — 137. liber sermonum sanctorum patrum. — 138. 39. libri psalmorum II. — 140. libri sermonum de natali Domini. — 141. 42. Luciani [*sic*] libri II. — 143. libri Frontini de geometria. — 144-61. libri confessoris XVIII. — 162-67. . . . medicinales VI.

168-79. missales XII. — 180. Macrobii liber. — 181. ..... Ilonis [Milonis? *GB.*] poema. — 182. Marciani liber.

183-85. nocturnales III.

186. Orosii libri. — 187-90. orationes IIII. — 191-94. Oratii libri IIII. — 195-97. Ovidii libri III.

198-200. Prudentii sichomachie III. — 201. 2. Prudentii hymnorum II. — 203. 4. Prudentii et Simachi II. — 205-8. Prosperi libri IIII. — 209. Paschasius de corpore et sanguine Domini. — 210. Paterius de verbis S. G. G. — 211. Primasii liber super apocalypsim. — 212. erifeson [*sic*] Ioannis Scoti. — 213-15. passionales apostolorum III. — 216-23. passionales martyrum VIII. — 224. Pompeius super Donatum. — 225-28. Prisciani IIII. — 229. 30. Prisciani liber peregesis II. — 231. Prisciani liber de constructione. — 232-34. Persii lib. III. — 235-46. psalteria XII.

247. questiones in genesim.

248. Rabani libri ethimologiarum. — 249. Rabani lib. de compoto. — 250. regule lib. S. Benedicti. — 251. rethorice Tullii liber I.

252. 53. Smaragdi lib. in evangelia II. — 254. 55. Smaragdi lib. in regula II. — 256-64. Sedulii lib. VIIII. — 265. Statii liber. — 266. Salustii liber. — 267. Servii liber super bucolicas [*sic*] et georg. — 268. Servii lib. super Virgilium.

269-71. textus libri evangeliorum III. — 272-86. troparii XV. — 287. Terentii liber. — 288. Theophili epistola paschalis.

289. vite lib. patrum. — 290. vita S. Amandi metrice. — 291. vita S. Bertini. — 292. vita S. Vandregisi et Ansberti. — 293. vita Karoli. — 294. vita Basilii et Ephrem atque Abraham. — 295. Virgilii bucolica. — 296-99. Virgilii IIII. — 300. Sergius super Donatum. — 301. 2. Isidori libri ethimologiarum II. — 303. Isidori lib. sup. genesim. — 304. Isidori lib. collectaneus. — 305. Isidori lib. de virtutibus.

A. Berthod in Mémoires de l'académie de Bruxelles. tom. V (1788) Nouveaux mémoires. histoire. tom. I. 227-230. L. Maitre les écoles épiscopales et monastiques (1866) 292.

78. Iohannes monachus Besuensis. saec. XII.

Hic sunt libri praetitulati, quos Ioannes fecit describi, videlicet 1. magnam partem Iosephi — 2. Augustini etiam super 50 psalmos ultimos a Domine exaudi usque omnis spiritus laudet Dominum. — 3. exameron Ambrosii — 4. Ambrosium de officiis, de sacramentis et de morte Satyri fratris sui — 5. Ambrosium de virginitate et historiam Wan-

dalorum — 6. historiam Orosii — 7. historiam Iustiniani [*sic GB.*] — 8. historiam de Hierusalem — 9. homeliam Origenis — 10. confessiones Augustini — 11. collectaneum novum — 12. musicam Widonis — 13. 14. duos antiphonarios optimos de musica — 15. gradalem — 16. et nocturnalem — 17. vitam sanctae Fidis et pastoralem sancti Gregorii — 18 Gregorium de miraculis — 19. vitam S. Galli et alias multas vitas et passiones sanctorum — 20. vitam S. Leonis et Hieronymum super Sophoniam, Aggaeum, Ioelem et Malachiam. — 21. decem collationes patrum — 22. et alias septem. — 23. vitas patrum B. Hieronymi. — 24. librum scintillarum. — 25. quaestiones Bedae in libros regum. Istum etiam librum de diversis rebus et cartis composuit.

Chronicon Besuense apud d'Achery spicilegii tom. II (1723) 450.

79. Corbeia = Corbie. saec. XII.

CATALOGUS LIBRORUM.

In bibliotheca Corbeiensi insitus hic habetur intitulatus. Imprimis codices sancti Augustini, deinde aliorum doctorum.

1. [19] Augustini XII volumina super psalterium. — 2. [10-12] Augustini de civitate Dei III. volumina. — 3. [15] Augustini liber confessionum. — 4. °Augustini liber epistolarum. — 5. Augustinus contra Crescentium grammaticum. 6. [1] Augustinus de pastoribus. — 7. [22] Augustinus de singulatitate clericorum. — 8. [14] Augustini codex ad Valerium Ipponensem. — 9. [6] Augustinus adversus quinque haereses. — 10. Augustinus de modis locutionum & Valentini ad Augustinum. — 11. [1] Augustini epistolae ad Valentinum. — 12. [4] Augustinus de natura boni. — 13. [13] Augustinus de baptismo parvulorum. — 14. Augustini liber disciplinarum. — 15. [13] item liber contra Donatistas. — 16. [25] Augustini liber, utrum anima a semet ipsa sit. — 17. °Augustini liber ad interrogata Simpliciani. — 18. [20] Augustini liber de utilitate credendi. — 19. [33] Augustinus ad Renatum de natura & origine animae. — 20. [2] Augustini de doctrina christiana. — 21. [25] Augustinus utrum anima a se ipsa sit. — 22. Augustinus de opere monachorum. — 23. [32] Augustini liber de catechisandis rudibus. — 24. [14] °Augustini

epistole ad Valerium. — 25. [24] Augustini liber academicorum. — 26. Augustini liber interrogationum et locutionum. — 27. [28] Augustinus de concordia evangelistarum. — 28. [34] Augustini questiones et Orosii. — 29. [31] °Augustini sermones in epistolis sancti Iohannis. — 30. °Augustini enchiridion. — 31. Augustinus liber interrogationum et locutionum. — 32. °Augustini sententie de libro enchiridion. — 33. Augustini sermones super evangelium sancti Iohannis. — 34. °Augustini solutiones contra diversas res. — 35. °Augustinus de octo partibus orationis. — 36. °Augustini solutiones [sermones *Delisle, nescio unde. et in annotatione* solutiones *dans la copie du Résidu.* solutiones *etiam Haenel*] contra hereticos. — 37. [293] Augustini musica. — 38. Augustini epistolae. — 39. °Augustinus in kategoriis Aristotelis et in eodem Boetius de consolatione philosophie et de sancta trinitate. — 40. [67] Ambrosii liber de Noe. — 41. [68] Ambrosius contra Novatianum. — 42. [63] Ambrosius super Lucam evangelistam. — 43. [62] Ambrosii expositio in epistola ad Galatas. — 44. [65] Ambrosii de trinitate et de sacramentis. — 45. [64] Ambrosii exameron. — 46. [61] Ambrosii epistola ad Romanos. — 47. [70] Ambrosii explanatio sex dierum. — 48. °Autperti [*om. Delisle*] Ambrosii duo codices super apocalipsim. — 49. actus apostolorum. — 50. [225] Athanasius [Attanasius *Haenel semper*] de sancta trinitate. — 51. [226] Athanasius de fide catholica. — 52. Athanasius. — 53. Attici et Cretoboli altercatio. — 54. °Aratoris liber. — 55. °Aviti liber epistolarum. — 56. [302] Annei Flori [Florii *Haenel*] epitoma de Tito Livio. — 57. °Alexandri regis istoria. — 58. [194] °Alexandri regis liber. — 59. Alarici regis auctoritas. — 60. [108] Alexandri regis et Dindimi liber de philosophia.

61. [95] Beda contra Iulianum hereticum. — 62. [100] Beda super actus apostolorum. — 63. [99] Beda de templo Salomonis. — 64. [96] Beda expositio in parabolis Salomonis. — 65. [103] Beda super regum. — 66. [100] Beda super apocalipsim. — 67. [106] Beda in Lucam. — 68. [104] Beda de titulis psalmorum. — 69. [93. 98] Beda in genesi. — 70. [92] Beda de naturis rerum. — 71. Beda exameron in genesi. — 72. °Beda de metrica arte. — 73. [107] Beda de temporibus et in eodem eres [ars *Haenel*] Donati et Beda de metrica arte et epigram-

mata Prosperi. — 74. Boetius de consolatione philosophiae. — 75. °Boetius in isagogis et in eodem expositio in Eneidis. — 76. Boetii ars [ars *om. Haenel*] arithmetica et medica [musica *Haenel*] et de consolatione philosophiae in eodem [uno *Haenel*] libro. — 77. [274] Boetii musica et geometria. — 78. [256] Boetii musica et breviarium sancti Adalardi. — 79. °Boetii arithmetica et Beda de ratione temporum. — 80. [278] Boetii commentum in isagogis et musica et geometria. — 81. °Boetii musica et in eodem glosse de Martiano. — 82. [276] Boetius in periermeniis Aristotelis. — 83. Boetii commentum super chategorias Aristotelis. — 84. Boetius de trinitate. — 85. [277] [Boetii commentū de trinitate *add. Haenel*]. — 86. Boetius de thopicis differentiis. — 87. [281] Boetii musica et pars geometriae. — 88. °Basilii dialogus. — 89. Basilii exameron.

90. [197] °Canonum corpus. *Quae secuntur desunt in libro Nouveau traité.* 91. [199] Calcedonensis sinodus. — 92. [198] canones apostolor. — 93. °canonum capitula. — 94. [202] canones. De Niceno concilio. — 95. collatio Scorum patrum. — 96. °Casiodori tria volumina super psalterium. — 97. Cipriani epistole. — 98. Cirillus sup. leviticum. — 99. [233] Cassianus de institutione et habitu monachorum et de vera libertate. — 100. [287] Cicero In rethorica. — 101. [69] Cicero Tullius de officiis. — 102. Ciceronis liber. — 103. Cicero ad Herennium. — 104. Cicero Tusculanorum. — 105. °Chremonis [Cheremonis *Haenel*] collatio. — 106. Cornutus in Persio. — 107. °Catonis libellus et in eodem ars Phoce [Focae *Haenel*] grammatici. — 108. °commentariorum liber et in eodem annotationes in Martianum.

109. Danihelis prophaete. — 110. Donati secunda editio & in eodem vitae abbatum. — 111. Donatus minor. — 112. °De quantitate anime lib. unus. — 113. °De eo quod imagines non sunt adorande nec penitus abolende. — 114. °De situ Hierusalem liber unus. — 115. °De natura rerum liber unus. — 116. De arte grammatica cuiusdam liber. — 117. De virginitate scarū virginū. — 118. De vera libertate lib. cuiusdam. — 119. [301] Diomedes grammaticus. — 120. De coeco inluminato liber. — 121. Diversorū auctor. lib. unus.

122. [29] Egesippi istoria. — 123. Esdras propheta. —

— 124. [237] Eucherii Lucdunensis epī lib. — 125. °Eusebii cronica. *Incipit rursus liber Nouveau traité.* — 126. 27. [185. 86] Eusebii ecclesiasticae historiae libri duo. — 128. [165] Eusebius Pamphili adversus Sabellium. — 129. Ennodii liber. — 130-33. °Evangeliorum quatuor libri. — 134. [130] Expositio cuiusdam in evangelistis [-liis *Haenel*]. — 135. °Expositio super librum Eneidorum. — 136. Expositio in canticis canticorum. — 137. °Eographi liber in commentum [comediam *Delisle*] Andrie. — 138. °Expositio cuiusdam in Virgilium. — 139. °Expositio in Marcum evangelistam. — 140. [279] °Eutichii [eutichis *Haenel*] liber de verbo. — 141. °Expositio cuiusdam in epistolis Pauli et item ad Thessalonicenses expositio. — 142. Effrem admonitio ad monachos.

143. [170. 291] Fortunatus de diversis rebus. — 144. Fulgentius de fide catholica. — 145. [172] Fulgentius de remissione peccatorum. — 146. [135] Fausti liber. — 147. [240] Filoaster [Fileaster *Haenel*] de heresibus. — 148. [180] Francorum gesta. — 149. Firminiani Lactantii de falsa religione. — 150. Fulgentii fabularum libellus. — 151. [321] Flavii Viceti liber. — 152. °Foce grammatici ars.

153. [71] Gregorii prima pars in Iob. — 154. [71] Gregorii secunda. — 155. [71] Gregorii tertia pars. — 156. [71] Gregorii quarta pars. — 157. [71] Gregorii quinta pars et sexta. — 158. [72] Gregorii omeliarum libri quatuor. — 159. [81] Gregorii liber pastoralis. — 160. [24. 75] Gregorii in expositione Ihezechielis libri quatuor. — 161. [78] Gregorii dialogorum liber. — 162. [176] Gregorii Turonensis historia. — 163. [82] Gregorii epistolae. — 164. [126] Gregorii Nazianzeni liber. — 165. °Glossemata contra Simmaeum [Simmacum *Haenel*]. — 166. °Glossarii septem. — 167. [191] Gai Cesaris historia. — 168. °Glose super Martianum. — 169. °Glose super Priscianum.

170. Hieronymi questiones in genesi. — 171. [40. 57] Hieronymus in Isaia propheta. — 172. [48] Hieronymus contra Iovinianum. — 173. [42] Hieronymus super psalterium libri duo. — 174. [50] Hieronymus in epistola Pauli ad Ephesios. — 175. [43] Hieronymus in epistola ad Galatas [*om. Haenel*]. — 176. [39] Hieronymus super Hieremiam. — 177. Hieronymus contra Rufinum. — 178. [47] Hieronymus contra ecclesiasten. — 179. Hieronymus in psalmis. — 180. Hiero-

nymus de nominibus urbium vel locorum. — 181. Hieronymus super Danihelem. — 182. [41] Hieronymus in Hiezechielem. — 183. Hieronymi liber ecclesiasticorum dogmatum. — 184. °Hieronymus de vitis sanctorum patrum. — 185. [55] Hieronymi qnestiones in genesi. — 186. Hilarii Pictaviensis episcopi liber. — 187. [227] Hilarii liber de fide catholica. — 188. [219] °Haimo in apocalipsim. — 189. °Liber Hiezechielis [Hiezechielis liber *Delisle*]. — 190. °Haimonis omeliae de evangeliis dominicis diebus.

191. Iohannis Romani expositio in genesi. — 192. Iohannis os aurei libri duo. — 193. °Isidorus de novo et veteri testamento. — 194. [535] Isidorus ad Florentinam sororem suam. — 195. °Isidorus de diversis legibus. — 196. [145. 234] Isidorum ethymologiarum. — 197. °Isidorus de David et Goliat. — 198. °Isidorus de voluntate Dei. — 199. °Isidori synonima et eiusdem de diversis rebus. — 200. Isidori liber. — 201. Iuliani Tholetanensis liber. — 202. [144. 157] Iuliani prognostica. — 203. [212] Ioseph explanatio in Isaiam. — 204. [335] Iulii [Iunii *Haenel*] Columelle liber. — 205. °Iginus de astronomia. — 206. °Isaiae prophetae libellus. — 207. °Iuvenci liber et in eodem Sedulius. — 208. °Iuvenci liber et similiter in eodem Sedulius. — 209. °Ignatii martyris liber. — 210. Isitius super leviticum. — 211. °Iob liber. — 212. °Iosue liber.

213. °Luciferi liber ad Constantium imperatorem. — 214. °Lucani quedam pars et in eodem quedam pars Virgilii. — 215. [338] Lucani poetae liber. — 216. °Lucani poete annotationum codex. — 217. Lucanus et in eodem auctores plurimi. — 218. °Liber in collocutione dc rhetorica.

219. °Martini episcopi vita et transitus. — 220. °Milo de sobrietate. — 221. [294] Martiani Felicis Capellae libri tres. — 222. [338] Macrobii Theodosii Saturnaliorum liber. — 223. Martialis poeta [poetae *Haenel*]. — 224. °Martiani expositio a Iohanne Scoto. — 225. °Martiani et Pulcretii [Pulcrerii *Haenel*] liber. — 226. °Matfredi liber. — 227. °Machabeorum liber. — 228. Medicinales quatuor. — 229. °Moysi liber genesis.

230. °Nicholai episcopi ad episcopos ecclesiae. [Gallie *Delisle*]. — 231. Nasonis poetae liber. — 231. °Notarii duo.

232. [175] Orosius de statu orbis terrarum ad Augus-

tinum. — 233. Origenis in genesi. — 234. [89] Origenis omeliae de Balac et Balaham. — 235. °Origenis explanatio in epistola ad Romanos. — 236. [88] Origenis liber et apologeticum Pamphili martyris. — 237. [216] °Odonis [Octonis *Haenel*] abbatis occupatio. — 238. Oratii expositio.

239. Pauli apostoli epistolae. — 240. Pauli epistolae grece et latine. — 241. Psalterium glosatum. — 242. °Psalterium tripliciter in uno volumine. — 243. °Psalterium depictum. — 244. [136] Paulini epistolae ad multos. — 245. °Paulini versus de vita sancti Felicis. — 246. °Paulini liber de transitu eiusdem. — 247. °Paralipomenon liber. — 248. [328] Pollio in duodecim libris Eneidorum. — 249. [162] Paterii liber. — 250. [210] Philippus in Iob. — 251. °Porphilii isagoge. — 252. [193] Philippicarum historia. — 253. [209] Primasii liber in apocalipsin. — 254. Plinius. — 255. [155] Prosper de promissionibus [permiss. *Haenel*] Dei. — 256. [155] Prosperi opusculum de diversis rebus. — 257. Prudentius hymnorum. — 258. °Prudentius de philomachia [psychomachia *Delisle* psicomachia *Haenel*] et in eodem Beda de temporibus. — 259. [308] Pompeius grammaticus. — 260. [295-97] Prisciani tres integri. — 261. [Prisciani tres imperfecti *add. Haenel*]. — 262. Priscianus de constructione. — 263. °Priscianus de duodecim versibus Eneidorum. — 264. [322] Persius in quo et Iuvenalis.

265. °Questiones in genesi.

266. °Rabbanus in laude sancte crusis. — 267. [137] Rabbanus super actus apostolorum. — 268. °Ramtranni monachi contra opposita Grecorum. — 269. Ratbertus Pascasius de corpore et sanguine Domini. — 270. Ratbertus in Matheum. — 271. [108] Ratbertus in lamentatione [coment. *Haenel*] Hieremiae et in eo quaedam pars Iuvenalis. — 272. Ruphinus in prophetis. — 273. Rufini liber. — 274. Rhetoricae artis liber. — 275. °Regum liber. — 276. °Romanorum pontificum gesta. — 277. [318] °Remigius super Donatum. — 278. Regulae quatuor.

279. [306] Smaragdi liber de grammatica. — 280. [304] Smaragdus in partibus Donati. — 281. Sacsonis et Franconis altercatio. — 282. [314] Statii liber. — 283. [321] Solinus de situ orbis terrarum. — 284. Senecae liber. — 285. Salvii [Salini *Haenel*] liber de gubernatione dei. — 286. °Sedulius

et in eodem versus de sancto Benedicto et Marcellini et Petri passio ritmice. — 287. °Sedulius et Prosper et Beda de metrica arte et Franco et Saxo et orthographia Bede. — 288. °Sedulius et in eodem Arator [orator *Haenel*].

289. [336] Titus Lucretius poeta. — 290. Titus Livius. — 291. [315] Terentii liber et in eodem disputatio Karoli et Albini. — 292. [314] Terentius in quo et Statius. — 293. °Themistii philosophi liber. — 294. Tertulliani apollogeticum de ignorantia. — 295. [140] Tertullianus de resurrectione carnis. — 296. Tripartita historia. — 297. [195] Tiberi Cesaris pragmaticum.

298. °Virgilii egloge et in eodem libri octo Prisciani. — 299. Virgilii pars quaedam in Eneidis. — 300. °Virgilii egloge. — 301. °Virgilii versus et in eodem eglogae [ecloge *Delisle*] et duo libri georgicorum. — 302. °Virgilii quinque integri. — 303. °Virgilii Maronis epytoma. — 304. [17] Vigilius contra Nestorium. — 305. Virorum illustrium liber. — 306. Victoris chronica. — 307. Vita beati Adalardi abbatis. — 308. °Victorinus in rhetorica. — 309. [305] Victorini grammatica. — 310. [252] Valerii Maximi codex. — 311. [228] Valerianus de arta et angusta via. — 312. Vitae vel passiones sanctorum apostolorum, martyrum et confessorum seu virginum per viginti volumina. — 313. °Viginti et quatuor libri sine titulis.

Nouveau traité de diplomatie. tome VI (Paris 1765) p. 230-233. ex tribus foliis libri, qui postquam Thuanus et Dupuy et collegium Ludovici Magni Parisiense possederunt, anno 1765 in bibliothecam Meermannianam et anno 1824 in bibliothecam Thomae Phillipps in castellum Middlehill pervenit (vide Delisle p. 395) ubi numero 1865 signatus est. Apographum extat in volumine 1429 bibliothecae 'Résidu Saint-Germain'; ex utroque apographo excerpta, quae hac nota ° signavi, composuit Delisle in Bibliothèque de l'école des chartes Ser. V. tom. I p. 512-514 vel in Mém. de l'institut de France. Académie des inscript. et belles-lettres t. 34 p. 339. Haenel in Serapei II 107-111. Edwards. Memoirs of libraries I p. 239-246. cf. Anzeiger der Bibliothekwissenschaft 1840, 25. De fatis bibliothecae Middlehillensis vide R. Pauli. Einige Bemerkungen über die Bibliothek des verstorbenen Sir Th. Phillipps in N. Archiv f. ä. deutsche Geschichtskunde II (1876) 429-32. Numeri uncinis inclusi spectant ad tertium catalogum

bibliothecae Corbeiensis, quem Delisle l. l. p. 499-511 edidit et ego in fine catalogorum saeculi XII vulgabo.

80. Coenobium S. Michaelis Bambergae = Michelsberg. 1112-23.

Hi sunt libri, quos Ruotgerus in librario invenit sub Wolframmo abbate.

1. Donati I. — 2. Eutici I. — 3. 4. Catonis II. — 5. 6. Aviani II. — 7. 8. Prosperi II. — 9. Sedulii I. — 10. 11. Aratoris II. — 13-15. Terentii III. — 16. 17. Salustii II. — 18. Euagrii commentum super Terentium. — 19-21. Virgilii III. — 22-24. Servii comment. super Virgil. III. — 25-28. Boetii IIII. — 29. 30. Oratii II. — 31-33. Statii III. — 34. 35. Persii II. — 36. 37. Iuvenalis II. — 38-40. Martiani III. — 41-44. Prisciani IIII. — 45-48. Isidori IIII. — 49. Porphirii I. — 50. 51. cum categoriis Augustini II. — 52. 53. priora commentaria in Porphirium II. — 54. 55. priora commentaria in cathegorias II. — 56. 57. priora commentaria in perihermenias II. — 58. 59. posteriora II. — 60. 61. Boetii de relectis II. — 62. topichorum I. — 63. 64. arithmeticae II. — 65-68. musicae IIII. — 69-71. rhetoricae III. — 72. de musica Encheriadis. — 73. Victorinus in rhetoricam. — 74. Iulius de geometria. — 75. Higinus in astronomiam. Macrovius in eod. volumine. — 76. item Macrovius. — 77. item Macrovius semiscriptus. — 78. Timaeus Platonis. — 79. lib. Sarracenus de mathematica. — 80. 81. Boetii de S. trinitate II. — 82. 83. Tullii de finibus bonorum II. — 84. ad Herennium I. — 85. 86. de oratore II. — 87. Tusculanarum I. — 88. officiorum I. — 89. 90. de amicitia II. — 91. musica Augustini I. — 92. de grammatica Augustini I. — 93. 94. Macrovii saturnaliorum II. — 95-97. mappae mundi III. — 98. Plauti lib. I. — 99. 100. Lucani II. — 101. Plinius de naturali historia I. — 102. 3. perifeseon II. — 104. Iustiniani de legibus I. — 105. 6. Quintiliani II. — 107. 8. de vita diversorum principum lib. II. — 109. 10. Solini II. — 111. 12. Martialis II. — 113. de instrumentis bellicis I. — 114. 15. Graeci de mathematica II. — 116. liber semiscriptus de legibus Agelii. — 117. de his quae Virgilius de Graecis traxit liber I. — 118. Aurelii Symmachi de praefectura I. — 119. Phatta I. — 120-25. medi-

cinalium VI. — 126. itinerarius I. — 127. Servii Honorati ad Aquilinum I. — 128. Sibillae vatis I. — 129. de epistolis Pauli apostoli lib. I. — 130. Pompeius Trogus I. — 131. de urbe Mediolanensi I. — 132. de ordinatione regum I. — 133. de virtutibus I. — 134. de Heinrico Imp. versificus I. — 135. de ecclesiastica institutione I. — 136. de Formosiana calamitate lib. I. — 137. officiorum I. — 138. Paulus Orosius I. — 139. Valerius Maximus I. — 140. 41. Helberici II. — 142. de nativitate Domini I. — 143. de fide I. — 144. Rufinus I. — 145-48. historiae Romanorum IIII. — 149. de vita S. Galli lib. I. — 150. vita S. Benedicti lib. I. SS. Viti & Modesti. Kiliani. Burchardi. Anastasii et filiorum eius. Iulianae. Ceciliae. Gingulfi. Agnetis. Agathae. Corbiniani. — 151. poenitentia S. Cypriani et passio eius. — 152. vita S. Silvestri una. — 153. vita S. Gregorii una. — 154. passionarius unus. — 155. vita S. Nicolai una. Ioannis et Pauli. Petri Alexandrini episcopi et de predestinatione in eodem volumine. — 156. vita S. Wenezali M. una. Viti et Modesti una. S. Columbani. — 157. vitae S. Martini duae. Remigii duae. Willibrordi una. Augustini una. Maximini una. Antonii una. Mariae Aegyptiacae una. — 158. missale I. — 159. graduale I. — 160. sequentiarum I. — 161. psalterium Graecum I. — 162. visio Paronti monachi. — 163. Cassiodorus in psalterium. — 164. Cassiodorus de detractatoribus saerarum scripturarum lib. I. — 165. Cassiodorus de anima I. — 166-69. Iosephi historiographi volum. IIII. — 170. tripartita historia. — 171. 72. moralia Iob duo volumina. — 173. l. homiliarum b. Gregorii I. — 174. Gregorius in Ezechielem. — 175. dialogus Gregorii I. — 176. pastoralis cura I. — 177. Gregorius de agone christiano. — 178. Gregorius in epistolas beati Iob. — 179. Gregorius in epistolas Hezechielis. — 180. Augustini de civitate Dei lib. I. — 181-85. Augustinus super psalterium in V. voluminibus. — 186. Augustinus de doctrina christiana. — 187. Augustinus de agone christianae religionis. — 188. Augustinus in epistolas S. Ioannis I. — 189. Augustinus de versu: qui vult vitam. — 190. Augustinus de orando Deo. — 191. Augustini enchiridion. — 192. Ambrosii in Isaiam prophetam I. — 193. de mysteriis I. — 194. Cypriani ad Donatum lib. I. — 195. Gregorius Nazianzenus. — 196. Flaviani lib. I. — 197. Ruffinus historiarum I. — 198. 9.

Beda de temporibus II. — 200. de virtutibus I. — 201. Beda de agone animae et corporis lib. I. — 202. de anima I. — 203. 4. epistolarum canonicarum lib. II. — 205. Paschasius de eucharistia I. — 206. epistolarum Enemari lib. I. — 207. gestorum Charuli Imperatoris I. — 208. regum Francorum I. — 209. de vita Caesarum Romanorum I. — 210. item alius. — 211. liber Richheri ad Gerbertum. — 212. epistola Prosperi de libero. — 213. ecclesiastica historia gentis Anglor. — 214. Originis periarchon I. — 215. enchiridion I. — 216. homeliarum Originis I. — 217. de haeresi lib. I. — 218. lib. chronic. I. — 219. Ioannis de componctione cordis I. — 220. Ioannis in epistolas B. Pauli. — 221. de benedictione imperatorum I. — 222. 23. Ioannis Chrysostomi lib. II. — 224. epistola Adelheronis ad Ruodbertum. — 225. epistolarum Senecae lib. I. — 226. 27. Hieronymi illustrium virorum lib. II. — 228. 29. plenarium II. — 230. item de dormitione Paulini lib. I. — 231. Senecae ad Novatum lib. I. — 232. Senecae epistolar. moralium I. — 233. epistola Hyeronimi de psalterio. — 234. Hyeronimi ad Pammachium in prophetias lib. — 235. Hyeronimi ad Damasum papam in Ezechielem prophetam. — 236. gestorum sancti Hyeronimi et sancti Dionisii lib. I. — 237. Hyeronimi ad Eusebium lib. I. — 238. expositio in Mathaeum evangelist. — 239. expositio super evangelium Marci. — 240. expositio Bedae super idem I. — 241. Augustini ad quendam comitem. — 242. Anuf. de proprietate gemmarum.

Schannat. vindemiae literariae (Fuldae 1723) I, 50-53.

81. Ecclesia S. Petri Vivi Senonensis. 1123.

Anno MCXXIII ordinationis suae agens vicesimum septimum annum domnus Arnaldus abbas * * * iussit apicibus annotari omnia nomina librorum quae ipse conscribi fecerat et bene ornaverat et per manus notariorum transcriptos in archivis ecclesiae sancti Petri Vivi ad restaurationem et ad usum ipsius ecclesiae locaverat. Haec enim summa omni tempore fuit intentio suae mentis subtrahi sibi fere omnia saecularia negotia, quamvis plurima moleste occurrerent mentemque unitam ad se traherent, quatenus maxime expeditiusque in diversorum ornamentorum genere suae ecclesiae laboraret et maxime scriptoribus instaret, quatenus

